

J U S
DUCEM ELIGENDI
PERILLUST. STATIBUS
CURLANDIAE ET SEMGALLIAE
COMPETENS,
EXTINCTA quoque STIRPE MASCUL.
K E T T L E R I.

AUCTORE, L. B. DE KLOPMAN,
Soc. liter. Teut. et Lat. JENENS. coll. honor.

L O N D I N I,
Bibliopola A. MILLAR, in vico vulgo dicto, Strand.
M DCC LVIII.

BIBLIOTHECA
ACADEMICA
DORPATENSIS

TO THE

RIGHT HONOURABLE

HENRY FOX, Esq;

One of his MAJESTY's Most Honourable Privy Council, and Pay - Master General of his MAJESTY's Forces.

SIR,

I Have the honour to address my Treatise to you, a foreigner to the subject of it by birth, but not by knowledge and science. 'Tis to you, Sir, who understand, as well the Laws and Customs of my Country, as of your own; who look

Est.

TRD Raamatukogu

300

upon with the same patriotic Spirit the Welfare of your Country, as you do that of mine: considering the liberty of mankind as your own Tranquillity and Happiness; *as formerly my Countrymen only lived for the Liberty and Glory of their Order.*

If my Treatise finds your approbation, it will assure me of that of all Conoisseurs and Men of understanding. I cannot but be proud of this Honour, and Favour, on which I put so great a Value.

I hope you will pardon the freedom I have taken on this occasion, of shewing the high esteem and regard with which I am, Sir,

your most obedient and
most humble Servant,

BARON KLOPMAN,

London,
July 10, 1758.

SYNOPSIS.

SYNOPSIS.

- § I. **D**icendorum summa indicatur. Pag. 1
- § II. Gentis Curonorum origo. 3
- § III. Magistri ordinis tempora inquiruntur. 7
- § IV. Plettenberg. liberat Curlandiam, a fide vassallitica sum. magistr. ordinis Teutonici. 11
- § V. Curlandia, ratione liberae electionis magistri ordinis, cum Polonia aequiparatur. 13
- § VI. Conjuncto quoque ordine, jus liberae electionis exercebatur. *Varia exempla.* Pag. 19
- § VII. Tempora Kettleri, tamque magistri ordinis quam ducis Curl. explicantur. 21

- * § VII. Modum, et conditiones infeudationis et separationem regionis Livoniae a Curlandia tractat. Pag. 25
- § VIII. Livonia regno Poloniae incorporatur, jus liberae electionis amittit. 30
- § VIII. Magistratus antiquus Teutonicus, post etiam subjectionem idem permanet in Curlandia. 30
- § X. Continuatio praecedentis. 32
- § XI. Pacta subjectionis, non sensu stricto, respectu Curonorum sunt interpretanda, et cur? 36
- § XII. Inter feuda majora, Curlandia locum obtinet, et semper optima sibi reservasse jura, ostenditur. 36
- § XIII. Intellectum vocis, summi magistratus Teutonici explicat. 38
- § XIII. Vocabulum summus magistratus solummodo tangit Curlandiam. 40
- § XVI. De variis sententiis naturae feudi ducatus Curland. 41

- § XVII. An jus liberae electionis restrictum fuisse, usquedum quis ex stirpe Kettleri supereffet? Pag. 44
- § XVIII. Falsa et erronea est sententia, Curlandiam per pacta subjectionis renuntiasse, liberae electioni. 46
- § XVIII. Pacta subjectionis, ducatus Borussiae cum Curl. minime sunt permittenda: dubia resolvuntur. 48
- § XX. Continuatur anteced., exemplum privileg. ducat. Boruff. a Curl. valde diversum, allegatur. 52
- § XXI. De amissione feudi disputatur, quae contigit Guilielmo ejusque descendentibus. Jacobus Guilielmi filius ad dignitatem ducis Curlandiae pervenit, Joannes Casimirus frater regis Pol. recusatur. 56
- § XXII. De constitutione Grodnensi certatur ejusque validitate. 60
- § XXIII. Facta indicant, regem et rempublicam sublevasse constit. Grodnens. 67
- § XXIII. Non est dispensatio a constitutione, sed abrogatio. 69

- § XXV. De successione ducis Curlandiae
Jacob. in comit. Warsaviae habitis, et de
eis, quae 1648 instituebantur, loquitur.
Pag. 71
- § XXVI. De constitutione anno 1727 lata,
agitur 74
- § XXVII. Continuatio anterioris, de jura-
mento, an novam obligationem promo-
veat? 78
- § XXVIII. Scriptum Warsaviae promulga-
tum de jure electionis, de conventu qui
appellatur (Conferentia fratrum) 81
- § XXVIII. Novissima allegantur exempla,
quae probant jus liberae electionis. 85
- § XXX. De amicitia principum vicinorum,
erga Curl. respectu conservationis privi-
leg. ducat. 92
- § XXXI. Tabula genealogica proxim. pa-
rent. lineae Kettleri. 95

J U S

DUCEM ELIGENDI

PERILLUSTR. STATIBUS

CURLANDIÆ, &c.

§ I. QUANTO magis literarum ne-
glectus est miserandus, et quanto
plus eos infeliciores putamus, qui nec leviter
quidem literis sunt imbuti; tanto majore ex
ratione deplorandi sunt, qui nec in historia,
neque in legibus patriae versati, atque earum
rerum valde ignari inveniuntur, quae quidem
non quibusdam, sed omnibus fere, uti par
est, curae cordique esse deberent. Mirandum
plane non est, si plus capit detrimenti respub-
lica ex illorum ignorantia, quae summa est,
quam salutis, cui caute consulere ac providere
fas omnino est, tantum quoque abest, ut nec
B cives

cives suos, nec seipsum feliciores possit reddere. Quid, quaeso, tam reprehendendum, tamque abominandum, si nemo quidem unus reperiatur, qui huic tramiti incurrat? Sed si unquam laudabile quidquam tanta tantaque laude extolli meretur, quanta esse potest, quum summa est, ita eum laborem, ita id studium, quod literis ac notitiae potissimum patriae impenditur, laudandum certe censetur. Fingamus, qui in legibus et negotiis publicis patriae ita versatus, ut si fieri possit, diligentia ac consilio, civibus suis semper sit auxilio ac solatio. Fingamus, qui cura et vigilantia numquam interrupta, tela jam jam minantia, eaque fere incursa retundere potest. Fingamus denique, qui ad salutem atque incrementum patriae, non vero ad ipsius utilitatem, omnem lapidem movit. Hic laudandus, hic venerandus, hic praeter reliquos primum occupat locum. Quid mirum, si semper sit incitatus ad leges patriae rite intelligendas, instinctu quasi naturali. Sic eae mihi arriserunt deliciae, quas quis ex isto labore capit, ut strenue allaboraverim id explere, quod

quod ab omnibus patriae amantibus, uti par est, desideratur. Quum vero temporis intervallum, tam breve, tamque parvum fuerit, quo mihi contigit, operam infumere ad leges ac consuetudines patriae meae amantissimae rite ediscendas, ut non magna hac in re sit cognitio, sed exigua tantum; ita quoque institutum nostrum operae, quam in hoc temporis spatio navavi, haud impar esse, certe videtur.

§ II. (1) Prius incumbit nobis, pauca tantum proferre de origine gentis Curon. ejusque no-

(1) Archiep. Hamburg. Rembertus scriptor secul. ix. in vita St. Ansgarii de Curonis mentionem fecit, eosque CHOROS appellat. Adam. Bremenf. verba etiam facit de Curland. quibus non nisi in paucis argument. assentio. Vid. lib. de situ Dan. et reliq. septent. regionibus. Multi etenim jam originem hujus populi deducere studuerunt; et ex verbis Plinii, quum de Scyris et Hiris loquitur, eosque Curonos esse existimaverunt, quorum est Saxo Grammaticus in hist. Dan. lib. viii.

Addantur quoque Spenerus in notitia German. antiq. lib. vi. cap. i. §. 4. et dominus a Lohden, qui hanc materiam optime tractat in epist. historica rerum in Livonia, Estonia, Lettia, et Curlandia, gestar. msc. lib. i. cap. i. Vid Rhaneus in diatr. hist. de Curland. gentis origine, optimus fere in hoc genere scriptor. Confer Her-

nominis, quam de ipso instituto verba faciamus; licet neminem fere historiae bene gnarum, tam hospitem, putamus, qui a cognitione ejus plane sit destitutus. Esse tamen eruditorum sententias hac in re admodum dubiosas, et nondum satis probatas, nemo facile erit, qui hoc in dubium vocabit; quapropter verisimiliorem inter omnes et analogiae et opinioni optimorum scriptorum accommodatam eligam, et hac in scientia auctores fide dignissimos, in medium proferam; quippe pauca eademque intricata a temporibus potissimum antiquissimis et barbaris, profecto hujus regionis nobis sunt cognita, quum nemo fere reperitur, qui hac nimirum aetate, memoriae aliquid tradidisset, quod non fabulis abundaret, atque in dubium possit vocari. Satis enim cognita nobis sunt tempora illius aetatis, quod neglectum studii literarum attinet, atque operam quam plane intermiserunt,

melius in dissertatione de origine Livonorum, § xii. qui Curoniam a voce Kauras derivat, quae apud veteres incolas istius regionis planitiem significavit; quoniam maxima pars Curlandiae planities est. Quod analogiae regionis optime respondit. In lingua etenim Curon. appellatur, KAUR, seu KUR, et SEMME.

ad

ad ea memoriae tradenda, quae memoratu digna certe erant. Hartknochius, cui in omnibus fere, si a quibusdam discessero, fides attribuenda est, non ex sola conjectura judicat: Borussiam et Curlandiam propter mercaturam electri, [nam ad praedia Dondangen atque Angern in Curl. ad littora maris Baltici sita, multum adhuc electri invenitur,] temporibus a nostra aetate valde remotis jam fuisse notam; ex quo concludi potest, Babylonios eam ob rationem horum limitum haud ignaros fuisse. Inhabitasse idem inquit, his limitibus populus, qui appellantur Aestii (2), quod Taciti verba in libro de moribus Germanorum affirmant: “Dextro Suevici maris littoris Aestiorum gentes alluntur.” Plura alio loco ita sonant: “Sed et mare scrutantur ac soli omnium succinum, quod ipsi Glesum vocant, inter vada, atque in

(2) Sub cujus nomine fortassis Livonia et Curonia comprehenduntur. Quod non plane extra omnem dubium positum est, quippe historici illius aetatis accuratiores scriptores sedule distinguunt inter Aestos [seu Estos] et Livon. et Curon.

“ ipso

“ ipso littore legunt.” (3) Nec effatum Cassiodori silentio praetermittere possumus, qui refert Gothorum regem Theodoricum literas ad Aestos dedisse, in quibus gratias eis agit, de electro seu succino, quo dono ei dederunt. (4) Nihilominus tamen licet pauca, quaedam de statu illius aetatis ac regiminis Curland. ad nos pervenerunt, et eo quidem modo, cum per spatium multorum annorum cum Livonia adeo fuit conjuncta, ut omnia ibi etiam peracta, vel in historia Livon. vel potius sub ejus nomine memoriae tradita, quanta adhuc supersunt, inveniantur. Potuissim quidem aliquid addere de diversis scriptorum sententiis, sed brevi manu. Sunt qui perhibent, quod limites ejus regionis latius longiusque olim se extenderit, (5) Sunt

(3) Conf. lib. v. epist. var. script. sect. vi.

(4) Jungantur quae nobis refert Montanus de Hinderberg, in cogitationibus de origine civitat. Rigenf. ducat. Curland. et regionis Livon. lingua nobis vernacula script. p. 170. Omnes fere sententias de origine, aliasque significaciones ipsius regionis atque gentis accurate collegit. Conf. Hiernius in msc. lib. i.

(5) Vid. Adam. Bremenf. et Hartknoch, de republica Curon. sect. iv.

quoque

quoque, qui in ea opinione versantur, Livoniam nimirum fuisse partem Curland. At mittamus haec. Ne sedule studemus id accurate inquirere, quod Dyonisius Fabritius (6) nobis narrat.

§ III. (7) Ad recentiora potius venimus. Mercatores Bremenf. et Lubecenf. primos fuisse, qui littora visitaverunt circa an. MELVIII. Livoniae [et Curland.] notum ac certum est ex cognitione historiae. Statuimus tum regimen episcopale (8), ex quo

ordo

(6) In compendiosa Livon. hist. serie msc. P. I. cap. 2. verba ejus sunt quae sequuntur: Habuit haec gens olim quoque suos regulos, quorum alter Libiae rex, alter Curoniae dictus fuit; uterque progeniem reliquit. Namque qui Libiae et Lotaviae dominabatur, inter Kirckholmum et Ixkul, non procul Riga suam fixerat sedem. — Qui vero Curlandiam regebat, circa Grobinum habitabat. — Ex quo facile concipi potest, cur Einhornius originem Curlandiae a nomine CARO regulo quodam Curonor. derivare voluit in historia Lettica. Conf. Chron. Kelch. p. 43. seq. et Arendt. in duabus partibus promulgat.

(7) Ante an. 1158, in historia nil reperitur de Curonia; et omnia quae scriptores tradunt ante hanc epoch. non factis sed conjecturis mere nituntur.

(8) Meinhardus a Pontifice Maximo missus, venit in Livoniam,

ordo Ensisferorum, ab Innocentio III. summo pontifice anno m^{cc}cliv. confirmatus, et regulas atque praecepta ordinis Cisterciensium monachorum eis praescripsit, quem episcopus Albertus Rigensis constituit, originem suam trahebat, quorum Vynno de Rorbach, primus ordinis magister seu praefectus, qui vulgo appellatur Germanice, Heermeister, ad gubernacula regionis anno m^{cc}cv. sedebat. Hic ordo Ensisfer. per seriem xxxv an. duravit usque ad conjunctionem Teutonici ordinis St. Mariae consecrati, regnante Heermanno a Saltza, summo ordinis Teutonici magistro, a quo Conradus dux Massoviae, quum non amplius potestati Borussiae resistere potuit, auxilium petiit,

Livoniam, qui fundamentum istius sedis episcopalis fecit, anno nimirum 1184. Conf. Claud. Arrhenius. Barthold. a Lochau in hanc dignitat. ei succedit a papa Coelestino confirmat. Multi eum sequuntur in Livonia, testante Duisburg. Chron. Pruss. Tertius in hac dignitate erat Albert. Buxhofius ab Innocent. missus in Livoniam, Infidelium quum viribus inferiorem esse animadverferit, Pontifici Max. precibus supplicat. ordinem Ensisfer. instituere. Lites et discordiae oriuntur inter ordinem et episcopum propter possess. tertiae partis Infidel. cujus imper. ordo sibi ascribere vult.

tanquam

tanquam a summo praefecto ordinis Teutonici, qui tum Marburgi Hassorum fixerat sedem. Quapropter districtum Culmens. ordini dedit, ut ibi commoraret, nec non concessit omnes acquisitiones quas a Borussiae sibi procuraret. Factae nimirum sunt an. m^{cc}cxix. Solennis haec fuit incorporatio an. m^{cc}xxxviii. Romae facta, assidentibus legatis ordinis Livon. Joan. a Meyburg, et Gerlacho (9), et presente summo pontifice Gregorio VIII. quam quoque Fridericus II. imperator confirmavit (10). Ab eo tempore affirmari potest, magistros supremos ordinis Teutonici,

(9) Conf. hic Duisburg. Chron. Pruss.

(10) Ex quo quasi ex fonte fluit ordin. Ensisfer. particip. fuisse omnium jurium atque privileg. quae apud ord. Teuton. domus hospital. Hierosolymitan. St. Mar. dedicatae fuerant. Jam ita constat libertas illa ord. Teut. in actis publ. ut nil nisi dipl. ips. imperat. Frid. II. ap. Lunig. in Arch. Imper. part. spec. Contin. I. et fascicul. de ipso ordine, p. 3, reperitur.

“ Inquit imperator, se sacram domum hospital. et ab ipsa quoslibet derivatos fratres, et confratres ipsum, cum omnibus bonis stabilibus et mobilibus speciali protectione ac defensione sua recipere, nec non etiam castra, casalia, homines, et possessiones eximem tem ipsas ab omni datia collecta, seu exactione, ab omni ni angaria, et ab omni onere cujuslibet servitutis.”—Ex his verbis quidem apparet nexus feudal. laxissimus vero.

C

in

in Livonia constituisse magistros, i. e. Heermeister, inter quos primus Heerman. BALCKE an. MCCXXXVIII. Status et modus regiminis, quem accurate exposuit Hartnochius (11), non tam mutabilis atque irregularis erat, quam quis forsan sentire certe possit, temporibus magistrorum ordinis; hi enim ut et coadjutores ex nobilissima gente, optime in provinciis fungendis versati, voto statuum atque omnibus consentientibus eligebantur. Et animo fortes et consiliis conspicui erant, inter quos Valterus a Plettenberg (12), primum occupavit locum (13). Fuit unus ex illis, cui

(11) In dissert. de Cur. et Semigal. repub. p. 16, seq.

(12) Ex eadem stirpe nobilif. famil. Plettenbergian. adhuc supersunt in Curlandia descendentes.

(13) Ab imperat. Carolo V. numero princip. Rom. imper. ascribitur ejusque successor, magister nimirum ordin. in istas tabulas quoque recipitur. "Vi responsi pap. ordini conceditur tertia region. pars quasi vero feud. episcopal. Rigenf. Omnia autem in posterum armis occupata sub ejus imp. ac propr. jus manere debet: ut Epistol. 14. Innocent. IV. ap. Balaz. docet." Nec Curland. nec Semigall. universam fuisse occupat. ante an. MCCLIII. in scriptis relatum reperitur: de quo fusius loquitur Schurtzfl. in origin. Enifer. Volquinius primus fuit acquirens, quique has regiones imper. ordin. subjecit. Duas itaque formas regim. tum fuisse statuere omnino licet, Ordinis nimirum et Episcop.

salus et libertas patriae curae cordique erat; fuit, sub cujus imperio gentes barbarae, eaeque ferocissimae tremebant; fuit inquam, ornamentum aetatis suae. Prudentiae ejus ac perspicacitatis in rebus praecipue politicis unicum solummodo exemplum, instituto nostro non solum impar, sed quoque congruum esse proferendum omnino duxi.

§ IV. Quum Marchio Albrechtus supremus magister ordinis, Poloniae bellum jam intenderet, contigit tum nostro Plettenbergio ea felicitas, ut nullo temporis spatio interposito, ambabus eam arriperet occasionem, an. nempe MDXIII. quo sibi soluto quodam nummorum numero, atque auxilio ei praestito, a fide vassallitica liberavit, quam antea (14), uti moris et consuetudinis erat, omnes magistri ordinis Livoniae, summis praefectis Borussiae praestabant. Sic ab omni nexu liberavit Livoniam, sub cujus nomine Curl. tum comprehensa erat; quapropter statuitur his nimirum temporibus factum fu-

(14) Conf. Menius in Prodrum. hist. jur. Livon. p. 12.

isse, quo Livonia immediate in societate Germaniae esse incoeperit (15). Sed ut id magis memoriae traderetur, et ab omni temporum injuria vindicaretur, nummum quoddam aureum, in forma ac pretio Cruzado Portugal. hanc rem rite exprimens, cudere jussit (16), quod in quibusdam collectionibus invenitur, licet rarissime occurrat. Eodem fere tempore, propter auxilia, quae ordo Albrechto misit loco remunerationis, diploma ordini dari jussit. Regiomonti an. MDXX. die Michael. signatum (17), et an. MDXXV. Pofonii post diem Valent. sacrum, quo expressis verbis ei fuit concessum, “in posterum
 “non amplius necesse esse, ut unus seu plures
 “Candidati ab ordine electi, summo praefecto
 “antea repraesententur, quam ad munus
 “magistri ordinis, digni admittentur. Unus
 “tantum sufficeret, et ea quidem lege, ut ejus
 “electio a liberis solum votis univ[er]si ordinis

(15) Addatur recess. imper. an. MD.

(16) Videantur plura in Theatr. Livon. pag. 14.

(17) Varia de hac materia sentit Arendt. in Chronic. Livon. Part. II. pag. 183.

“depen-

“deperderet, quem his solenniter peractis,
 “summus praefectus qui huic actui secundum
 “leges ordinis perpetrato contradicere nequit,
 “confirmare teneatur (18).” Antiquus itaque
 mos fuit populo, seu ut melius dicam, ordini,
 in regionibus Livon. et Curland. eum eligere
 magistrum, quem sibi optimum imaginarent.
 Eadem erat coadjutorum electio. Nec jure
 hereditario, nec jussu episcopi, cui alias sum-
 ma erat potestas, nec alio denique titulo,
 quis sibi acquirere potuit hoc officium, nisi
 libera electione et suffragio statuum seu om-
 nium fere collegarum qui ordinem consti-
 tuebant.

§ V. Postquam gentium numerus septentrionalium magis magisque crescere coeperit, et tam frequentes migrationes eam ob causam instituerint seculo nimirum quinto; multas variasque occupabant regiones, quarum forma regiminis, quum adhuc paucis

(18) Conf. Kelch. in Chron. pag. 165, et Theatr. Livon. pag. 14.

legibus

legibus restricta erat, admodum libera fuit, instar nempe consuetudinum ac morum patriae quos ibi introducebant (19). Caput seu ducem semper habebant, in quo autem non summum imperium, reliquis proceribus exclusis erat, sed in toto corpore ex omnibus conjunctim consideratis, plane latebat (20). Nulla igitur res magni momenti legitime ac juste peragi potuit, nil nisi convocatis statibus. (21) Sic forma erat Francorum parum coacta, quod Eginhardus testificat (22). Ipsa Polonia nobis hic est exemplo, licet tum modus succedendi in regnum, jure hereditario introductus fuerit (23), nihilominus tamen nemo historiae bene instructus, incicias ire certe poterit, hanc libertatem toti populo competisse, quia nec scriptores illius aetatis

(19) Vid. Thoyras Rapin *histoire d'Angleterre*, Tom. I. pag. 475.

(20) Temple dans les *remarques sur l'état des Provinces Unies*, pag. 10.

(21) Quod etiam ex prima sect. legum Salic. apparet; placuit atque convenit inter Francos et eorum proceres.

(22) In vita Carol. M. cap. iv. pag. 27.

(23) Tempor. nimirum Lechor. Piaſtar. et Jagell. usque ad reg. Sigism. Aug. ultim. ex hac stirpe.

ſilentio

ſilentio hoc praetermittunt, nec temporum injuria verba eorum memoriae mandata, labefecit; status etenim illius regionis, seu populus conjunctim consideratus frequenter habuerunt comitia, quia in ipso quoque regimine, vis sive dimidia potestatis pars ei competit. Nostram regionem cum illis, quae tum peregrinis gentibus, inundatae quasi, abundarent, ratione formae quae libera erat, profecto esse comparandam, omnino videor; tametsi non in omnibus, tamen in quibusdam. Verum enimvero libertas nullibi fere restricta erat, quae autem postmodo per invasiones aliarum gentium, ac per multa rerum discrimina mox mutabatur, mox extendebatur (24). Sic etiam non exigua sed summa

(24) Nihilominus tamen dulcis patria nostra, tuente maximo rerum arbitro, a jugo fatigante gentium exterarum illaesa quasi juribus antiquis suis semper gavisa est. Respuamur itaque quae nobis objecit auctor vitae St. Anſgar. in *Append. ad Lambec. orig. Hamburg.* pag. 70. Adam. *Bremenſ. de situ Dan.* apud *Lindenbrog. ſcript. R. G. Sept. p. 58.* aliique script. ea nimirum ſententia verſati, Livonos fuiſſe ſubjectos imper. ſeu poteſtati externae gentis. Nec testimoniis fide digniſſim. probari poteſt,

summa erat libertas (25) qua gaudebant
Curoni, quod ex forma ejus satis apparet,
inter

potest, Danor. imperium in Livon. obtinuisse. Ex ipsi
enim narrat. histor. Eric. Daniae regis ap. Lindenbrog.
pag. 272, intelligitur. Quod Waldemarus II. nil nisi
Estoniam sub ejus potestate redegerit, effatum imper.
Frider. ap. Goldast. l. c. argumentum firmissimum, no-
stram corroborans sententiam jam supplevit.

(25) Testante Goldasto in Collect. Constit. Imper.
Tom. ii. pag. 77.

Non fatigare lectores, certe credo, si verba imperator.
Frider. proferam, in ejus constit. de libertate Livon. et
Curon. tanquam civitate nuper donatis, concessa.

“ Fridericus Dei gratia Rom. imperator semper au-
“ gustus,—notum fieri volumus universis—ad nostram
“ notitiam pervenisse, quod quaedam gentes in septentri-
“ onalibus partibus constitutae, videlicet, in Livon. Se-
“ migall. et in aliis provinciis convicinis, inspirante divina
“ gratia coelitus, et eo, qui, ubi vult, spirat, expulsa de
“ cordibus eorum superstitionis caligine, cor carneum in-
“ duentes, ab infidelitatis errore discedere cupiunt, et ad
“ veri Dei cultum, et catholicae fidei unitatem accedere
“ sunt parati: ob illius tantum (sicut dicitur) id facere
“ differentes timorem, ne post susceptionem fidei, per
“ principes orbis, libertates eorum ad servitutis onera de-
“ ducantur. Cumque penitus censeamus indignum, et
“ cunctis Christi cultoribus abhorrendum, ut libertas,
“ quae per se favorabilis est, privilegium et favorem,
“ quae per fidem meretur, amittat, ea omnia praeveni-
“ enda duximus de gratia speciali. Et ecce quod uni-
“ versos et singulos eorum ad susceptionem catholicae
“ fidei venientes, post susceptam fidem cum omnibus bo-
“ nis eorum sub nostra et imperii protectione et speciali
“ defensione

inter quas maxime eminebat jus liberae elec-
tionis magistri ordinis, quod hodie quoque,
mutato statu, conspicuum est ratione elec-
tionis ducis(26). Multa nobis exempla suppe-
ditat notitia intima historiae hujus regionis ;
sed quaedam producere sufficient. Quae
sunt, quum Vynno interfectus fuerit, et mox
Volquinus Schencken a Winderstadt elige-

“ defensione suscepimus; et praesentis scripti auctoritate
“ plenam eis et heredibus eorum intuitu susceptae fidei
“ concedimus, et confirmamus perpetuo libertatem, nec
“ non omnes immunitates, quibus uti consueverunt pri-
“ usquam converterentur ad fidem. Eximimus insuper
“ eos a servitute et jurisdictione regum, ducum, princip.
“ comitatum, et ceterorum magnatum, praesenti sancientes
“ edicto, ut non nisi S. S. matri eccles. ac Rom. imperio,
“ quemadmodum alii liberi homines imperii teneantur,
“ nullusque eos contra praesentis protectionis, defensi-
“ onis, concessionis, et confirmationis nostrae paginam
“ impetere, molestare, offendere, vel eorum quietem tur-
“ bare praesumat: quod qui praesumerit, indignationem
“ nostram et imper. se noverit graviter se incursum.
“ Quare universitatem vestram hortando et rogando
“ monemus, attentius exhortantes quatenus praedictas
“ gentes accedentes ad fidem, ob illius amorem, cujus
“ intuitu et inspiratione ducuntur, qui eos denuo ad
“ se vocat, benigne protegere, fovere, ac tueri poterit
“ ab incursionibus malignorum, et ob reverentiam im-
“ perii commendatas habere velitis, ut universos et sin-
“ gulos possimus exinde merito commendare.—”
(26) Vid. Kelch. in Chron. pag. 66, et 73.

D

batur,

batur; et mortuo etiam episcopo Livon. Albrechto, capitulum Bremense omnem lapidem movebat, ut hac provincia fungeretur Albertus Sauerbeer, sed frustra; quippe ordo hoc iniquo ferebat animo, et ad jus, ei competens, provocabat, quod hunc modum procedendi respectu electionis omnino vetat, et nemini quam ipsi ordini libertatem ac vim novum eligendi candidatum concedit. His rationibus ductus, ad munus admisit ordo Nicolaum, an. MCCXXX. Lis quidem oriebatur, et valde hac de re ab ambabus partibus dimicabatur, dum usque ad aures summi pontificis Gregorii VIII. pervenerit, qui nequiquam partes fovens, merito sententiam pro ordine ac statibus tulit (27).

§ VI.

(27) Comparari merito possit quod in capitulo Magdeburgensi novo eligendi coadjutor. contigit. Notandum est, non tantam potestatem ac vim fuisse apud capitulum quam apud universum ordinem, uti jam ex dictis satis superque apparuit. Nihilominus tamen capitulum Magdeburgense, invito etiam imperator. Ferdinand. II. coadjutorem postulavit, eumque obtinuit, uti ex verbis Hubner. constat: "La ville de Magdebourg avoit un archeveque de la maison de Brandebourg.—Comme il s'agissoit

§ VI. Nec in desuetudinem abiit hic liber modus magistrum eligendi, conjuncto etiam ordine Ensisferorum cum eo, qui a St. Maria denominabatur, neque imperio ac potestate assumpta summi praefecti ordinis. Nemo huic sententiae contradicere videtur, et nulla fere scripta, quae rem rite pertractant, inveniuntur, nil nisi Hartknochius (28), qui unice hac in re a nostro scopo aberrat, et alia opinione, ut ita loquar, imbutus, quae vero nullo modo, nisi veritas, in aprico immo latens, laederetur, defendi potest. Sic sentit: fuisse morem et consuetudinem, quod omnes magistri ordinis in pleno confesso ordinis in Borussia nimirum suffragiorum lege eligerentur, quod vero ratione loci tantum incredibile esse videtur, quantum contrarii afferri potest, ex ipso diplomate Albrechti

"s'agissoit de lui donner un coadjuteur, l'emper. Ferd.
"II. recommanda son fils l'archiduc Leopold Guil.
"mais le chapitre postuloit, pour que ce poste fut rempli
"par auguste le prince ainé de Jean George electeur
"de Saxe."

(28) In dissert. de Curonor. et Semigal republ. pag. 17. Et sel. dissert. de rebus Pruss. pag. 434.

marchionis, magistro ordinis Plettenbergio, an. MDXX dato (29). Ex eo tantum tutissimo testimonio perspicui potest, numquam in usu fuisse, quod ii, qui vulgo salutantur Heermeister, extra patriam eligerentur, sed semper in ipsa regione. Post diversa discrimina rerum, potestas episcoporum crescere coepit, qua sibi propria vi, jus assumere volebant coadjutores ac praefectos, sine praemissis consiliis statuum atque ordinis eligendi (30), sed quum jam majoribus nostris hoc jus competitivum, quodque semper eis curae cordique fuit, ut magis magisque exerceretur; sic allaborabant, ut eam maxime ob causam comitia Wolmariae, an. MDXXXVI. institue-

(29) Evolvatur hic script. Anonymi quod inscribitur, Grundl. Beweis das d. Recht einen Fürsten zu wählen d. Ständen d. Herzogth. Curland & Semgal. & — p. 68.

An. subseq. nimirum MDXXII. reformationem relig. Rom. Cathol. incoepisse affirmatur in Livon. Lutherus cultum relig. puriss. ibi introducend. mittit legatos, quorum partes Plettenberg. aliique fovent. Et Guil. Brandeb. archiepisc. Rigenf. huic cultui relig. puriss. additum esse publice profitetur.

(30) Quod varias multaque movit discordias, et ex tempore Fürstenbergii in coadjutor. electi satis superque apparet.

rentur,

rentur (31), in quibus pertractatum fuit, ne quis in posterum sibi inter episcopos libertatem arrogaret, coadjutorem seu praefectum sine consensu et scitu omnium collegarum ordinis, eligendi eumque denuntiandi (32).

§ VII. Haec forma, vi cujus magistri ordinis clavum regionis tenebant, usque dum Gotthard. Kettlerum duravit, ultimum ex illis (33). Status etenim inter se conveniebant, propter certamina et bella, quae tempore Kettleri oriebant eisque imminetia, sibi consulentes. Primo cum Kettlero sententias communicabant, jam apud animos constitutas, qui armis pariter et consiliis, animoque promptissimus erat, quid judicaret,

(31) Legatur ips. recess. Wolmarienf. eod. an. die Mercur. post Jacob. Apost. mens. Jul. die 28 in lucem emissus.

(32) Mortuo Plettenbergio excellentissimi ingenii viro, an. nimirum 1535, ord. equestr. magistr. i. in Livonia eligere coepit, quorum primus ejus fuit successor Heerman. de Bruggenney, eod. quoque an. Confer Theatr. Livon. p. 5. Quod firmissimum est argumentum pro sententia nostra valde pugnans.

(33) Et primum duc. Curland. qui in comitiis publ. Valkenae habitis, more majorum consueto, suffragante ordin. equestr. eligitur.

num

num utile, num proficuum sit auxilium, rebus sic stantibus, a potentiore petere, ne tamen libertas, tot tantisque laboribus et sanguine, quasi majorum, magno certe pretio empta, laederetur. Periculum fecit noster ordinis magister, utrum non fieri possit, aliquid auxilii et sublevaminis ab imperio Roman. impetrare, quum regio haec, conjuncta quasi cum illo fuit, quod ex constitutione ordinis, seu ejus forma, admodum constat; quippe magistri ordinis aliquo modo ab imperio dependebant ea quidem ratione, quum in comitiis praesentes fuerint, quod non solum antiquis, sed recentioribus etiam temporibus factum, in historia legitur (34). Suffragia quoque in comitiis imperii habuisse, testantur ipsi recessus, inter quos ille est de an. MDXXX. quem subscripserunt archiepiscop. Rigenfis, magister ordinis in Livon. atque episcopus Curoniae (35). Frustra fuerunt haec conamina, nam ipsum im-

(34) Vid. Reichs fama. Tom. xxii.

Conf. Boeckler. diss. de acquisit. et amiss. jur. imper. in Livon.

(35) Quod ex recess. imper. de an. MDLVIII. intelligitur.

perium

perium Roman. bello cum Turcis tum erat implicitum; sic et ea, quae tentavit adversus Sueciam, tamque vicinum, qui ambo auxilium eis denegabant (36). Tandem propositi tenaces secum constituebant ad regem Poloniae Sigismundum Augustum ut et rempublicam confugere (37), ea quidem conditione, ut si periculum quoddam adesset, eos tueri ac defendere tenentur: Instrumentum, si juridice loquar, verbis designabant, conditiones omnes articulos subjectionis, quae merito valde restricta appellari potest, in se comprehendens. In eo profecto verba ejus fere tenoris legebantur: omnem lapidem moveri, ut fieri posset, a rege Polon. ac republ. " eas conditiones impetrare, quae optimis " adnumerandae sint, ac salvis eorum privi- " legiis, quod nimirum ordinis magister, " mutato titulo, dominus omnium terrarum " et regionum, quas hunc usque in diem in " possessione habet, permaneret; si non, ta-

(36) Inspicienda sunt mandata ordinis totius equestr. quae ablegatis ad regem missis dedit, an. MDLXI. die 12 Septembr. Inserta reperiuntur scriptor. Anonymi, p. 70.

(37) Conf. id. liber. pag. 73.

" nem

“men fieret dominus tamquam hereditarius
 “feudi majoris, salvis vero privilegiis ac
 “jur. nostr. antiquis, ita ut se in clientelam
 “regis et reipubl. Polon. jacere, ejusque
 “imperium mediat. conditionibus nimirum
 “subject. respondens, agnoscere possit.”
 His reservatis, ut in ea parte regionis, cui
 nomen est Curlandia, antiquus magistratus
 Teutonicus illaesus semper maneret, ac ejus
 forma regiminis, nil nisi titulus magistri or-
 dinis in ducem mutaretur, in aeternum sta-
 biliretur; e contrario altera pars, Livonia
 dicta, quam Kettler. ut et universus ordo,
 imperio Polon. immediato eum in finem
 contulerunt, ut subjectionis conditiones, ra-
 tione Curlandiae tanto meliores fierent; hac
 quidem reservatione (38), ut ii potissimum
 omnibus fungerentur officiis, in regione ni-
 mirum Livon. qui a Teutonicis nomen ha-
 bent, ibi sunt nati (39). Hac ex declara-
 tione

(38) Vid. ips. pactor. subjection. § VI. et libr. ano-
 nym. pag. 81. seqq.

Conf. quoque Rouffet recueil des actes et negociations,
 Tom. iii. et Schmauf. in corpor. jur. gent. academ.

(39) Inter condiciones quas rex jurejurando forte pro-
 misit, verba quae sequunt. reperiuntur.—“De illorum
 “possessione

tione et conditionibus, quas sibi reservarunt
 status Curlandiae, ortus est articulus vi. pac-
 torum subjectionis, qui omnes has fere in se
 continet. Ordo itaque equestris non aliter
 agnovit imperium regis et reipublicae Polon.
 quam secum suo jam electo in ejus clientelam
 seu protectionem jecit.

§ VII. (40) Quum itaque et una et altera
 pars inter se de conditionibus subjectionis
 conveniebat, tandem Vilnae in urbe me-
 tropoli Lithuaniae, pacta concludebantur, an.
 MDLXI. mens. Novembr. die 28. Hoc per-
 acto (41), Gotth. Kettlerus nomine regis Po-
 lon. Sigismund. August. publice proclamatus

“possessione doctrinae Evangel. secundum august. for-
 “mulam, de possessione ac frutione bonorum, dignita-
 “tum, regalium, privilegior. sigillor. et chartarum,
 “judiciorum, et jurium suorum, consuetudinumque pro-
 “vinciae, numquam impedienda, nec intervertenda,
 “sed omnibus illis, ut et jurisdictione patria, cum ex-
 “terno nullo aevo commutanda, sub Germanici princi-
 “pis regimine in salvo relinquentur.”

(40) Causam subjectionis, variaque ad hunc actum
 pertinentia, rite explicat Thuanus in libro xxviii. histor.
 adan. MDLXI. edit. Lut. Paris. in 12mo.

(41) Vid. D. Bern. Connors descript. regn. Poloniae,
 p. 814. edit. Lips.

E

fuit

fuit dux Curland. et Semigal. in arce nimirum Rigenſi, an. MDLXII. Mart. die ſexto, a Woywoda Radzewil (42). Sed vera collatio feudi demum facta eſt an. MDLXVIII. quum Curl. et Semigal. ita reipubl. Polon. jungebatur, ut tutor quaſi nobis eſſet, quod antea magnus ducatus Lithuan. praefitit; nam ad hunc actum conſenſus totius ordin. equeſt. requirebatur. Duos itaque miſit ablegatos Kettlerus, Frideric. de Canitz, et Michael. de Brunow, qui ejus nomine feudum reciperent. Praeerat quoque gubernatoris provinciae in Livonia, ſed haud ita multo poſt functus eſt officio; quia Livoni, neſcio ſane ex qua ratione, pactum iniverunt, anno MDLXVI. cum Sigifmund. auguſt. Polonor.

(42) Ab hoc enim tempore diſſoluta exiſtimatur connexio Livon. et Curon. cum Rom. imper. atque ab iſto puncto axioma ſubject. imper. competens, ceſſatum creditur, ergo etiam omne jus quod ordin. magiſtr. fuit ab imper. nimirum acceptum, deſinit. Itaque et univerſal. dominium, quoad in jure, imper. competens, poſitum, et ſpeciale quod apud magiſtrum ord. erat in rempubl. ſeu in ſtatum totius ordin. Livon. et Curl. tranſlatum eſt. Quique cum ſuo magiſtr. ord. illud dominium quod eis maxime congruum ac optimum eſſe videbatur, reg. Pol. ac reipl. obtulerunt.

rege

rege (43), vi cujus Livonia immediate incorporabatur Lithuaniae magno ducatu. Quapropter totus fere modus regiminis, ratione privilegiorum atque jurium, quae inſignes erant, valde permutabatur, et omnis connexio cum Curlandia in totum diſſolvebatur; et eorum libertas multum detrimenti capiebat, regnante praecipue rege Stephano (44); nam an. MDLXXXVIII. res non proſpere, ſed male eis ſuccedebat, quum eo tempore, conſtitutio adverſus eos data atque expedita, admodum libertatem eorum reſtrinxit ac fere refrenavit. Exinde conjecturam faciamus, rem rite inquirentes, unde error, gravem juſte vocamus, originem ſuam trahat, Curlandiam nempe multum libertatis, qua, antea non parva, ſed ſumma eſt gavifa, hac conſtitutione amiſiſſe; ſed aequae

(43) Varia ſentiunt ſcriptores de occasione conjunctionis Livon. cum regno Lithuan. ac denique Poloniae, et valde inter ſe diſcrepant. Plura intelligi poſſunt ex Kojalowitz hiſtor. Lithuan. libro viii. ex Anonymi deſcriptione Polon. et Guagin. de ſitu Sarmatiae Europ. Tom. I. in corp. hiſtor. Polon.

(44) Conf. Chytraeus in Chron. pag. 428. et Laurent. Miller. hiſtor. Pol. et Liv.

E 2

falfa

falsa est opinio, ac testimoniis scriptorum eam defendentium, quasi nuda. Cognitum enim satis est, iis maxime, qui in hac parte cognitionis historiae bene sunt expertes, Curlandiam minime participem fuisse ejus pacti, quod Livoni iniverunt, nec constitutionis, privilegiis eorum multum nocivae; sed una eademque forma regiminis, temporibus magistrorum ordinis recepta, regnante etiam novo duce, observabatur.

§ VIII. Hinc Livoniae formam devolvimur, ex qua facile liber status noster qui in Curl. obtinuit, dijudicari potest, separata nimirum ac divisa Livon. a Curl. imperium etenim immediatum ac summum regis et reipubl. Polon. agnoscebant, atque omnibus juribus pro eis introductis, quae nimirum contra illud imperium, ac immediationem pugnarent, in totum renuntiabant Livoni (45). Sequitur itaque ex ipsissimis verbis, atque ex re-

(45) Consulere possumus super hac re arbitrem verum quaestion. jur. natur. Grotium, lib. II. cap. viiii. § 10. J. B. ac Pac.

rum

rum connexionem, status Livoniae non recusasse, quo minus jus liberae electionis, quod eis omni dubio procul competit, aboleretur; sed et accederunt voluntate. Eisdem fere conditiones esse subjectionis (46), quas respublica Polon. a ducatu Boruff. et districtibus Butavia et Leoburgum vocatis, ratione restrictionis libertatum, exegit (47). Hi enim expressis verbis declarabant, “ se velle renuntiari statui mediato omnibusque juribus, quae eum spectarent, si forsan nemo successorum harum regionum sexus mascul. superesset.” Nonne igitur hac declaratione, jus et praerogativum libero suffragio statuum, ducem, seu caput regionis eligendi, amiserunt? Nemo sane est, qui hoc in dubium vocabit. Quis quaeso, asserere possit, actiones ab una parte corporis perpetratas, universo tribui posse; et eum obligatum esse id explere, quod pars ejus praestare, pacto inito, promisit? Nullum profecto ex-

(46) Leguntur privileg. statuum ducat. Boruff. fol. 34.

(47) Formula infeudationis exstat apud Jacob. Prylusium in const. regn. Polon. lib. v. cap. iiiii.

istimo

istimo inter eos, qui tramites scientia juris naturalis bene peritorum sequuntur. Etenim prima principia juris naturae satis superque docent, nullum jus, nec perfectum, nec imperfectum, posse oriri, nisi adsit obligatio praemissa.

§ VIII. Fingamus societatem quandam, cujus membra singula, ob securitatem publicam, quae fere omnium seu plurimarum est scopus principalis, inter se convenerunt de conditionibus nexus socialis, et promissionum mutuarum, quae pactum constituunt, obligationes erga se invicem determinans. Fingamus etiam unum, seu plura hac ex societate, qui imperium principis pro summo agnoscunt; qui juribus consequenter, quae eis tamquam membris societatis competunt, prorsus renuntiant, et immediati sunt. Nonne tunc desinit connexio et modus conjunctionis cum reliquis, atque omnes obligationes erga eos qui se potestati alterius subjiciunt? Omnia certe jura et praerogativa quibus

quibus in statu praecedente frequenter usi sunt, tunc cessant. Hoc itaque ex fundamento omnis extinguitur finis societatis; nam exules, si ita dicam, ex societate evadunt. Sic fas omnino erit comparisonem facere, cum Curland. et Livon. post nimirum separationem, inter eas institutam. Nec difficile sane est, ex limpidissimis deducere fontibus, non solum liberam gentem Curonos, temporibus potissimum magistrorum ordinis fuisse (48), sed et tot tantaque sibi reservasse privilegia in pactis subjectionis, quanta profecto nulla gens nostra aetate possidet, quae nempe mores mansuetiores amat. Implorasse sponte ac libere opem atque adjumentum regis Polon. Curonos, jam ex enarratis certum est, eam quidem ob rationem quod bello quasi tum circumdati erant. Rerum exitus, pactis subjectionis conclusis, eos non fefellit; sed multo magis votis respondit, quippe quorum forma eadem mane-

(48) Vid. Chytraeus in Saxon. pag. 530, seqq. ut et pacta conventa Aug. III. a Lengnichio illustrata, p. 90. bar,

bat, et magistratus antiquus Teutonicus illaesus conservabatur. Quod Polonorum rex Sigismundus Augustus felicissimae memoriae, adimplere sancte promisit (49), et juramento solenniter praestito, confirmavit (50). Hic igitur modus promissionis, qui omnem promovet obligationem, id efficiendi, quod per pacta promissum est, omnino transfert in alterum jus exigendi, quod in promissis fuit. Omnia haec nobis refert accurate Chytraeus (51), quae juramentum aliaque solennia ad hunc actum pertinentia, tangunt. Ex quo plura argumenta, vere indubitantia, hoc in nostro instituto depromi possunt.

§ X. Plura a Curonis, justo nempe titulo exegi nequeunt, quam per pacta subjectionis obligati inveniuntur: nulla etenim pacta

(49) Conf. Grotium de jur. B. ac P. lib. II. cap. xi. sect. iiii.

(50) Vid. ipsum juramentum circa subjectionem praestitum pag. 52. et Lunig. loc. cit. pag. 51. Consensit itaque hoc actu in jus eligendi, tamque libertatis antiquae praesentis ordinis equester.

(51) In Saxonia, lib. xx. ad an. MDLXI. fol. 435.

admit-

admittuntur, nullaeque obligationes existunt post pacta subjectionis, nisi consensus totius ordinis adfit. Sit itaque nobis axioma juris naturae, quod nemo ad majora perfecte cogi possit, qui statu liber est, quam per pacta obligatus est. Alterum est, quod ille, qui officium reciprocum praestare promisit, non ab ea obligatione, pro libitu liberari possit, sed inviolabilis maneat, quum haec promissio ita est comparata, ut ex ea omnis consensus et acceptatio in hunc actum, qui merito ad eam requiruntur, satis possit intelligi. Sic obligatio oritur, a qua non prius quis solvi ac liberari potest, quam alter non praestitit quod promisit, seu quoque eum ab hoc vel illo casu dispenset. Ex eo fundamento certe certius asserere possumus, Curonis jus ducem eligendi competere, si tempora ordinum magistrorum, ex quibus originem trahit illud jus; si formam et statum antiquum regiminis, qui etiam post erecta subjectionis pacta, illaesus atque immutatus manuit; si denique verba omnium regum Polonorum quot

F

eorum

eorum existerunt, juramentis confirmata, [de Sigism. Aug. initium facio, et ad ejus successores progredior] quae omnia jura, et privilegia, et constitutiones, et consuetudines, per pacta, nobis concessa, corroborant, rite intuear atque inspiciam.

§ XI. Dimicatum est inter eruditos, sed non pari Marte, utrum pacta subjectionis nostra, respectu Curland. sensu strictiori, sint interpretanda? Prius hic inquirenda atque recte dijudicanda sunt, quae statum, originem, et modum subjectionis Curland. maxime attinent, quam me accingam dubia resolvere, et hanc sententiam rite refutare. Cum Grotio, qui mecum sentit, incipiam, "Praesumitur, inquit, populus liber scilicet, "id voluisse, quod maxime expedit." Jam nunc applicandum est Grotii effatum ad Curl. ex quo, argumenta pro nobis nascuntur indubitantia. Notum porro est, quod experientia, optimus semper magister, nos docet, liberam gentem, quae rationibus quibusdam

mota,

mota, se principi sponte ac libere subjecit, summam semper sibi reservasse libertatem. Major est itaque praesumptio, ratione libertatis harum gentium quam principum. Pugnat hic maxime consuetudo ducem eligendi pro nobis, praesumptio itaque est pro jure electionis; contrarium, hac in re optime versatum non probare posse affirmo, quum ne quidem unus reperitur casus legitime atque expresse exceptus. Apparet, nos in falsa opinione minime versari, ex notitia solida juris natur. et publ. etiam; nam ex materia, effectu, et interdum assumtis conjecturis, sensus intelligitur, quem modum quandoque interpretandi Grotius probat (52). Ponatur quoque sensus obscurus in quibusdam articulis pactorum subjectionis, in quibus autem, ne ullus quidem inveniri certe potuerit, si de nostris quaestio fit; favorabiliter tamen intelligenda atque interpretanda essent ratione Curland. favorabilia etenim in dubio sunt realia. Et quis est, qui non sciat regulam

(52) Lib. II. cap. xvi. § iv. seq. et xii.

jur. natur. favorabilia extendenda, et odiosa restringenda esse. Tendunt semperque tendere debent leges ac constitutiones ad reipublicae et subditorum, non regentium utilitatem. Sed omnium pactorum ac instrumentorum natura, quae magni potissimum sunt momenti, satis docet, quod sensus nec intricatus neque duplex esse debeat, ut leviter vera intelligi possit intentio.

§ XII. (53) Ex jure feudali aperte elucet, quod omnia fere feuda majora, inter quae Curland. merito enumerari potest, sponte ac libere principibus oblata, semper sibi reserverint optima privilegia, quorum conspicuum est, quod domino directo interdicit feudum pro lubitu occupare tamquam immediatum, nam medietas naturae feudorum hujus generis, plane contraria est, si casus nimirum aperturae existeret. Multa profecto adsunt exempla, quae his merito substitui possent, eaque

(53) Pro nobis militat Hertius, Part. II. sect. i. et 40 de feudis oblati, aliique ut Rhetius ad Text. et Tabor. Ichnogr. feud.

rem

rem rite probantia. De iis hic loquor, qui ob quasdam rationes se alteri subjiciunt. Nonne eorum scopus principalis sit, statum in quo actu sunt, feliciorum reddendi? nullus dubito. Ita certe sibi cavebunt de conditionibus, quae adversus eorum felicitatem esse possent. Sic majori cum certitudine praesumendum est, quod et verisimile esse videtur, status Curland. tamquam libera gens cum suo Gotthard. Kettlero acutissimi ingenii, bene praemeditasse, atque accurate conditiones subjectionis examinasse, quae captivofae esse potuissent, et libertati nocivae, quae ne auro quidem, semel amissa, recuperatur. Leguntur hic ipsissima verba ex pacis subjectionis desumpta; quae sequentis tenoris sunt: (54) “ Se omnia jura, beneficia, “ privilegia secular. et ecclesiast. praesertim “ nobilium superioritates, praeeminentias, “ dignitates, possessiones, libertates, transac- “ tiones, et plebiscita, immunitatesque confir-

(54) Ex pactis Sigism. Aug. cum Gotthard. initis excerpta reperiuntur apud Kajalowitz in hist. Lithuan.

3

“ maturum

“ maturum esse, porro legitur quicquid pub-
 “ lice vel privatim universis et singulis de jure
 “ et aequitate competere videatur, aut visum
 “ fuerit, nostris literis et diplomatibus con-
 “ firmaturum, nec ullam in praedictis dimi-
 “ nutionem, sed potius pro regia nostra gra-
 “ tia et beneficentia augmentum et accessio-
 “ nem facturum (55).”

§ XIII. Nobis quoque esse, hic iterum
 repetere, quod jam in medium est prolatum,
 omnino arbitramur. De voce nimirum sum-

(55) Ex his luculenter patet, Curland. feudum cumu-
 lative non abdicative esse oblatum, optimisque condi-
 tionibus sibi reservatis. De quo optime disserit Puffend. in
 tract. de Monzambano: “ equidem cui de feudo meo ali-
 “ quid concedo, eundem in plenum, ut ut honoratiorem
 “ subditum mihi adsciscere possum, et quas placeat leges
 “ ipsi. possessioni praescribere.” Non absurde, sed magis
 approbandum esse videtur, si ita prorumpo: quod feu-
 dum Curland. non secundum naturam jur. feudal. ejus-
 que praescripta strictè sit interpretandum, sed multo ma-
 gis conditiones ejus subjectionis accurate inspiciendae.
 Ex quibus facile intelligitur statum antiq. Curl. seu ma-
 gistratum, omniaque privilegia in iisdem pactis solen-
 niter fuisse confirmata. Inter quos jus election. maxime
 emicat. Quod licet non explicite tamen implicite con-
 firmatum est.

mq

mo magistratu Teutonico, ejusdemque vera
 interpretatione verba facere constituimus.
 Magnam sane in se comprehendit exten-
 sionem, quod ex contextu satis superque patet.
 Ita interpretandus est summus magistratus
 Teutonicus, qui temporibus magistrorum
 ordinis introductus fuit, quod nimirum sit
 summa potestas, quae multas species potes-
 tatis continet. Haec erat apud ordinis ma-
 gistros, qui libero suffragio eligebantur. Sic
 Kettleri potestas, nec restringebatur, neque
 extendebatur, dum dux Curl. tamquam feu-
 datorius regis et reipubl. Polon. salutatus
 fuit. Nulla itaque facta est mutatio, quae
 statum et formam Curland. tangeret, nisi a
 nomine et dignitate Kettleri discessero. Po-
 situs est quasi seu vero substitutus magister or-
 din. duci Curl. quod regulae jur. bene ex-
 plicant: surrogatum semper sapiat naturam
 ejus in cujus locum surrogatur. Quae om-
 nia illaesa manere sanctissime promiserunt
 rex ut et respublica. Ex his argumentis
 legitime concludam, et regem et rempubl.

non

non tacite sed et expresse in jus liberae electionis, quod Curland. merito competit, consentiisse. Quis nunc dissentientium erit, qui sententiam a nostra diversam, magis fovere vellet, quam quae veritati proximior est? Nil etenim deest probationi ac validitati hujus praerogativi, quod dubium quoddam movere possit. Omnia habent requisita Curoni tamquam ii, quibus incumbit probatio juris cujusdam, de quo disputatur. Primo probare eis jam antiquissimis temporibus, illud competiisse, deinde ostendere exempla literis mandata, exercitii juris minime impediti, postea producere confirmationes juramentis praestitis regum, hujus juris rite possunt. Quae singula singulis quoque articulis in antecedente jam evicimus.

§ XIII. Nec tela eorum timemus, quae nobis iniecere student, ita arbitantes, in dubio adhuc haerere, num vocabulum magistratus summus Teutonicus, Curlandiam potissimum attingat. Haec pari Marte contundam.

tundam. Ex contextu et connexione materiae satis superque constat, quod quilibet hanc rem bene inspiciens facile intelligerit, quaestionem ibi non de alia regione, nisi Curlandia esse, et summum magistratum nil nisi ipsum principem seu ducem Curl. significare. Jam in ipsa voce magistratus latet summa potestas. Quis est etenim cui ipsa fuit potestas? magistro certe ordinis erat, cujus dignitas in eam quae duci competit, permutata est. Porro pacta eodem fere loco mentionem faciunt de dignitate ducali, seu ut ita loquar, de sede ducis Curland. quae numquam vacare debet, sed semper quis eligeretur, qui provinciae praesesset. Quod et utile et salutare omnibus regionibus, cujus forma ducem exigit, cui salus et incrementum provinciarum curae cordique est.

§ XVI. Permultos sane esse, omnino credo, ita judicantes, quod Curlandia nimirum sit feudum hereditarium sexus masculi. Non plane reprehendenda est eorum sententia, quippe multi

multi inveniuntur, qui eam pro eo, ut materiae difficultas tulit, defenderunt (56). Inicias ire quidem non possumus, vocem hereditariam, si de feudo Curland. loquitur, in pactis occurrere; sed tamen haud a veritate aberro, dum in haec verba prorumpo, quae opinionem, ab hac in medio prolata, distinctam, me iudice, rite explicabunt. Primum nobis suppeditat argumentum, modus et forma oblationis feudorum, ejus praecipue gentis, quae conditiones, ei maxime salutare, feudi domino praescripsit, uti fere ex exemplo Curon. didicimus. Quod ordo equestris cum suo Kettlero, in rebus politicis admodum versato, hoc sibi reservaverit, quum feudum obtulit regi ac reipublicae Pol. Absque ullo dubio Kettlerus, consentiente nimi-

(56) Si nimirum vocem hereditariam usque ad stirpem Kettleri extendamus, ex jure enim feudal. cognitum est. Hereditaria, vel mixta, vel mere talia esse. "Quae vel ratione successionis, vel ratione disponendi facultatis naturam habet allodii. Quae tam quoad liberam disponendi facultatem, quam quoad successionem habeat allodial. naturam." In aprico itaque patebit feudum Curl. non esse hujus generis, si quis non plane a conditionibus sit destitutus, et notitiae juris feudal. ignarus,

rum

rum ordine, sibi reservavit, ut feudum sit hereditar. seu ut me distinctius explicem, successio in ducat. se extendat ad sexum mascul. Quod et status ipsius regionis recusare non potuerunt, quum specimina meritorum edidit luculentissima Kettlerus, quae omnia salutem ac libertatem Curonor. spectant. Alterum nobis est argumentum, quod hic communicabo, iis potissimum, quos intima notitia rerum publicarum, et maxime rationis status Curl. illis nimirum temporibus non fugit. Hi certe existimabunt, quod non eam ob causam haec clausula de feudo hereditario pactis tradita fuerit, ut semper tale maneret; sed tantum indulgeretur duci, ut forma regiminis Curlandiae stabiliretur, stabilita confirmetur; quod non conjecturatur, sed et circumstantiis rerum, quae tum agebantur, bene respondet. Scimus etenim tempora illa bellicosa et turbulenta, in quibus facile accidere potuisset, ut alter potius, quam qui ex familia Kettler. natus, clavum regionis tenuisset, salva tamen electionis lege,

G 2

ex

ex qua agendi ratione multum detrimenti coepisset status Curland. Ab his, i. e. a descendantibus stirpis Kettler. minime discebant, status et ordo equestris Curland. quum novum sibi eligebant, liberis nimirum suffragiis, ducem; si salutaris ac proficuus eis esse videretur. Tertium nobis porrigit argumentum, jam in anterioribus allegatum; quod nimirum ante Sigism. Aug. regem Polon. successor fuerit hereditarius in regno, salvo tamen jure electionis, quod apud statum populumque tum fuisse, nemo certe negabit. Non insane dissero, si ita argumentor, feudum hereditarium, extincta stirpe Kettleri, cessare.

§ XVII. Sunt qui perhibent partes magis nostras foventes, restrictionem juris electionis, promovere clausulam feudi hereditarii sexus masc. Kettl. Sed intima rerum notitia Curland. instructi mitiorem certe sententiam hac de re ferent, meoque instituto assentient. Nulla admittenda est restrictio
juris

juris nostri, quum tot tantaque adsunt exempla quae exercitium plenum juris electionis probant confirmantque. Esse, quam appellant restrictionem juris istius, libenter largiamur, nil tamen nocet haec oppositio nostro argumento. Tentamur itaque num eam, in qua versamur, sententiam, posita nempe plena restrictione hujus juris, rite probare valeamus. Verum enimvero ex jure civili satis constat, restrictionem juris, quae se refert ad quosdam solummodo actus, ipsum jus abolire non posse; sed potius cessare si status extremae necessitatis ponatur (57); nulla enim promissio, nullum pactum, nullumque immo jus existit, ut arbitror, quod non statu extremae necessitatis, si ullus daretur, definit, solvitur, atque abolitur. Sic porro concludam, hanc restrictionem solum ad familiam Kettler. sexus mascul. se extendisse, ea vero extincta merito desinere. Etenim Ilti ita loquuntur:

(57) Seneca, lib. iii. Necessitas, inquit, magnum humanae imbecillitatis patrocinium, omnem legem frangit. Grotius, lib. ii. cap. 2. § vi.

cessante

cessante legis ratione, cessat legis dispositio. Quae norma doctorum juris omnino applicari potest ad successionem mascul. Kettler. ratione juris ducem eligendi.

§ XVIII. Jam in superioribus diximus de feudo quasi heredit. ac successoribus ex stirpe Kettler.; pauca tamen his addere, supervacaneum certe non erit. Non esse contra jus feudale ejusque naturam, sentiunt doctores, quod feudum hereditarium, si quoque hic in effectu existeret, mutetur. His contemplatis, me satis mascule probasse credo, quod et ante extinctionem familiae mascul. Kettl. et postea quoque, jus liberae electionis merito nobis competat. Jubet lex, nobis praecipua, formulae regiminis, quod sedes ducalis nunquam vacare deberet, sed semper quis eligeretur, qui provinciae praesidet. Quod adhuc ex magistratu summo Teutonico originem suam trahit, ex quo fonte limpidissimo vere haec hausimus. In enarrandis dissentientium opinionibus, et dubiis solvendis persequamur. Sunt qui juste audaces dici possunt,

quum

quum iisdem armis, quibus jam jam muniti sumus, contra nos uti student. Sed frustra. Renuntiassent Curonos juri liberae electionis per pacta subjectionis, ex eo fundamento judicant, quum in illis verba hujus tenoris leguntur: "Ducem Curland. feudum suscipere debere a rege Polon." Sed haec verba nullo modo excludunt jus electionis Curon. qui facta electione ordinis equestr. atque omnium statuum, non amplius candidatus dignitatis ducalis, sed dux creatus omnino saluatur. Ad actum hunc requiritur confirmatio regis et reipubl. quae salvis legibus non potest denegari, si modum et consuetudinem jamdiu receptam observaverint Curoni. Ego quidem pro mea sententia ex hoc loco non plura intelligere possum, quam quae ipsissima docent verba. Ducem, ducatus Curl. et Semigal. in feud. suscipere a rege Polon. in quem modum status ejusdem regionis per pacta consentiisse, constat. Alia non exstant pacta postextinctionem familiae Kettleri sexus mascul. quae alteram fecissent dispositionem

suc-

successionis atque electionis, ab antiqua consuetudine plane diversam. Et omnia quoque nullum valorem ac vim juris habere potuissent, nisi Curland. et Semigal. legitimo modo consensum verbis et scriptis expressum dedissent, de quo adhuc fusius loquuti erimus. Status itaque et summus magistratus Teutonicus, sicuti in pactis sonat, huc usque illaesus manuit. Ergo etiam jus ducem eligendi, nobis competens, conservabatur. Videamur, quod series annorum, quicquid exitus eventuum docuerunt.

§ XVIII. Diximus huc usque de dubiis contradicentium, eaque rite resolvimus, quantum potuimus. Sic rursus quoddam proferam, in quo se maxime nituntur, sed male concludunt; quia omnia, quae supponunt, nullo modo possunt probari. Verfantur etenim in ea opinione, pacta subjectionis Curon. cum illis, quae ducatus Boruff. a Polonis praescribantur merito inquam, omnino convenire. At rite examinatis illius

aetatis scriptoribus, contrarium facile apparebit. Docent et probant, Polonos ea quidem ratione pactum coevisse cum Boruff. ut deficiente successore e stirpe mascul. nato, pars Poloniae fieret, et reipubl. incorporaretur, quod numquam in constitutione nostra stabilitum erat. Sensus vocis incorporationis jam plane contra formam Curl. ejusque libertates pugnat. Verba expressa in pactis leguntur, quaeque nullo modo in dubium possunt vocari. Constat satis inter omnes in historia eorum temporum bene instructos, quod terrae Boruff. non sint aliae quam Palatinatus ut Marienburg. Culmens. Pomeran. atque episcopatus Warmiensis. Constat superque Curonos tantum libertatis sibi reservasse quantum habuerunt, quum summum adhuc imperium apud ordinem erat, quae Boruff. non contigit felicitas. Nam pacta eis praescripta accipere habebantur, quippe qui non sponte se subjecerunt imperio regis Poloniae mediato, de quo adhuc loquendum erit in sequentibus. Poloniae reges saepe subegerunt

Boruff. quorum primus fugit Boleslaus I. quod nobis refert Hartknochius (58). "Epif-
" copos, inquit, Prufficos, archiepiscopis Li-
" voniae subiectos fuisse." Ducatus Curl-
tum nondum erat separatus a Livonia. Om-
nia tamen loca in pactis Curon. occurrentia,
quae de ducatu Boruff. aliquid tractant in
medium producant, eaque diligenter inqui-
ram. Verba leguntur in pactis subiectionis
Curon. hujus argumenti: "Eos, qui natu-
" Teutonici essent, omnibus officiis in Li-
" von. praesse deberent sicuti in terris Bo-
" ruff." Sed respondetur, ad Livon. mini-
me provocare possumus, nam quid illic est
juris apud nos non valet, quod ex separa-
tione illius regionis perspectum atque explo-
ratum habemus (59). Occurrunt haec quo-
que: "Si aliquando Polonia bello implice-

(58) In lib. I. cap. viii. pag. 172. de republ. Polon.

(59) Porro ex his verbis nil contrarii juri electionis
eminet, sed respicit jus indigenarum, ut articulus V. pri-
vileg. id satis evicit. "Ut (rex) falvis indigenis et
" bene possessionatis, dignitates, officia, et capitaneatus,
" ad instar terrarum Prussiae conferre dignetur, prout
" nobis regiae majestatis nomine promissum est."

" retur

" retur tunc Curland. tenetur onera ferre uti
" Borussia." Attamen quilibet in scientia
philosophiae rationalis bene instructus, certe
non affirmabit, conclusionem a specie ad ge-
nus valere; si cetiam ab uno casu et consue-
tudine in regionibus introductis, alias a se
diversis, ad reliquas non concludere licet. Et
quoties reperitur locutio in pactis, ad modum
Boruff. illa solummodo respicit et tangit,
eam partem quae reipubl. mediate subiecta
est, quae Livonia in specie dicitur: ergo
non se refert ad ipsam Curland. (60). Inficias
tamen ire non possum, evolutis pactis, inve-
nisse dictionem quae sequitur: "ad modum
" ducis Borussiae." At sensus et connexio
verborum nil contrarii thesi nostrae afferre
possunt, quia ibi manifeste loquitur de Cur-
land. duce Gotthard. Ketti. qui a rege Po-
loniae investitur, et quidem instar ducis Bo-
russiae. Tangunt itaque haec verba modum
investiturae, non autem omnia jura Curon.
quae similitudinem cum Boruff. haberent.

(60) Vid. § vii. ipf. pact. subiection. Curl.

H 2

Ex



Ex altera locutione quae eadem verba in se comprehendit, nimirum, “ ad modum ducis “ Boruff.” aperte patet, hanc nil nisi consuetudinem certam, seu quoque jus respicere, ut ex his constat, quae ita sonant: “ dux Cur- “ land. seruitia equestria instar ducis Boruff. “ praestare tenetur.” Ex quibus animadvertere possumus, haec omnia quaedam solum consuetudines Borufforum attingere, quae cum Curon. possent comparari. Quale nunc argumentum contra nos directum ex hoc dubio, quod, quantum potui, resolutum existimamus, enatum erit? Nullum sane scio, quodque omnes, neutram in partem inclinantes profitebuntur.

§ XX. Neesse profecto non erit, plures probationes asserre ad eos convincendos, qui sentiunt, non magnam sed exiguam differentiam esse, inter jura ac privilegia Curland. et ducatus Boruff. Quam vero opinionem omnibus testimoniis quasi orbatam, plane negamus. Patet etenim quam maxime

me ex historia Polon. formam et statum ducatus Boruffiae admodum, ab eo diversum fuisse, quem Curland. merito tribuimus. Certiores hac de re sumus, scriptoribus illius aetatis diligenter evolutis, qui inter alia referunt, Cruciferos vi belli ac potestate Polon. victos, tandem impetrasse pacem ea quidem conditione, ut eis cederentur terrae Culmens. Michalouiens. Pomerania omnis, aliaque oppida et arces, sed reliqua Prussia in fide clientari permaneret (61). Mirandum certe non est, cur factum sit, quod multum libertatis multaque privilegia tum amiserat Boruff. at Curoni omnia jura, quae temporibus ordinis multoties exercuerunt, mutato et extincto ordine quoque sibi reservaverint. Alter enim se potestati Polon. sicuti populus armis victus fugatusque subicere coactus fuit, alter autem libere ac sponte auxilium ab eis petit, pactaque subjectionis his praescripta transigit, in quibus omnia jura ac consuetu-

(61) Vid. Cromerus lib. xxvi. de orig. et rebus gestis Polon. et Dipl. Ferd. II. an. 1226, ord. Teut. concessum.
dines,

dines, quum adhuc ordinis magistri possidebant summum magistratum, sibi reservabant. Illi fuerunt Borussi, hi vero Curoni. Et si non verear limites transgredi mihi praepositos, ex arena certe excurrerem, pluraque exempla in medium afferrem, tam ex actis publicis quam privilegiis ducatus ipsius Boruff. quae inaequalitatem ac differentiam jurium ac consuetudinum Curonor. rite explicarent. Duo tantum sufficiant, ex quibus apparebit quanta adsit diversitas privilegiorum horum ducatum (62). Dux nimirum Borussiae jus habuit, eum ad officium, quem maxime fovet, pro lubitu eligendi, licet sit ipse extra regionem; quod autem contra nostram formulam regiminis valde pugnat, quae expressis verbis arrogationem hujus potestatis Curland. ducem vetat. Ferdinandus dux felicissimae memoriae, exemplum nobis hic suppeditat tutissimum; quum

(62) Statibus etiam provincial. Boruff. olim competit jus eligendi, quod numquam status provinc. in Curon. habuisse notum est. Inspiciantur acta commiss. de an. 1609. quod plane exercuerint hoc jus.

quibusdam

quibusdam in patria natis, ob quasdam lites eum ordine equest. et statibus Curland. Gedani tum commorans, ad certos quosdam dignitatis gradus evehi velle, promiserit. Sed exitus rerum satis docuit, quod omnes promissiones, omniaque rescripta ad quatuor supremos iudices missa, qui Mittaviae sunt, nullum effectum ac validitatem juris haberint. Concedatur etiam argumentum, quod fingunt dissentientes, ratione aequalitatis jurium Borufforum inter Curon. Sed ex ipsis concessis magnum profecto pondus additur nostro instituto. Cur etenim necesse erat, ut respubl. nova constitutione, invito autem universo ordine equest. jus ducem eligendi abolere voluerit, de ea nimirum loquor, quae an. MDLXXXVIII. Grodno facta est? quid est denique, quod postea iterum illud jus restringere masculae studuerit? si non bene scivissent, ex justo certe titulo, nobis competere plenum exercitium juris, si non satis instructi fuissent Poloni, quod modus subjectionis ducat. Boruff. ac jura, quae per pacta

paeta ei sunt concessa nullo modo Curland. possint comparari. Certe omnes misissent ambages. Satis igitur ostendunt haec omnia, merito nobis competere jus liberae electionis, quod, quasi ex fonte atque origine, e forma antiqua ordinis Teutonic. emanat.

§ XXI. Operi instemus ex concessis sectionis antecedentis nova producendi argumenta, quae plane affirmabunt, quam huc usque pro virili parte defendimus sententiam, quamque in reliquis etiam sustentare certe conamur. Exemplo rem illustrabo (63). Guilielmus Curland. dux ut et omnes ejus descendentes feudi declarabantur immeriti, ob feloniam contra dominum directum commissam, quod ei imputabatur; et Fridericus non masculos heredes reliquit, qui ad successionem libera electione admitti potu-

(63) Conf. sententiam Sigismund. III. regis Polon. de feloniam Curland. ducibus objecta, adversus regnum et regem Polon. remissaque an. MDCXVI. apud Petrum de Ludewig in reliq. ms. Tom. vi. pag. 217. Omnia hic recensuntur facta, quae eis tribuuntur tamquam commissis.

issent; rex et respublica Poloniae omnem movebant lapidem eum dignitate ducali donare, in quem benigno erant animo. Sic rebus his stantibus, eo tentandum et ita agendum erat, ut exercitium juris, rationis electionis novi ducis minime restringeretur. Uladislaus III. qui tum sceptrum Poloniae tenebat pariter aeque ferebat animo ac respublica, ut ipse frater regis Joannes Casimirus provinciae Curlandiae praeset. Sed quum nobis expressa adest lex, quam et reges et respublica saepe saepius confirmaverunt, quod qui ad summum magistratum admittantur, nil nisi electionis lege ad eam dignitatem pervenire deberent. Ita mascule studebat rex, status Curlandiae eo declinare ac flectere, ut Joan. Casimirum sibi ducem eligerent. Verum enimvero facile dijudicari potest, quod regi maxime electio Joannis Casimiri curae fuerit, quum ipse allaboravit, et fratrem instigavit, ut omnem insumeret laborem in hanc rem; nam omnis spes ei jam allucit, hanc dignitatem attingendi;

I

quia

quia in comitiis Warsaviae habitis, senatores fere omnes publice professi sunt aequo animo ferre velle, si dux Curlandiae salutaretur frater ipsius regis. Quapropter auctore et suo Uladislao, literas dedit Casimirus ad capitaneum majorem, cui nomen erat Gothard, a Schroeder Mittaviae commorantem, in quibus eum rogabat, ut curaret, animos generosi ordinis equestris ita declinare et flectere, ut libero suffragio dux eligeretur. Sed frustra operam contriverunt, et votis male reponit exitus rerum. A pluribus etenim reipublicae peritis agi coeptum fuit, num ne melius ac salutarius esset, eum eligere, qui ex stirpe Guilielmi est, quam qui forsitan formam regiminis permutare posset, ab ordin. magistris constitutam et leviori quidem negotio, vi ac potestate regis sustentatus. Sic non male dijudicabant rem, quae statum publicum Curlandiae ejusque salutem tangebatur. Remotis tandem difficultatibus, quae aetas illa tulit, a rege et reipublica Poloniae impetrabant Curoni, ut ad feudi

feudi successionem admitteretur Jacobus Guilielmi filius, de quo jam in praecedentibus diximus. Anno nimirum MDCXXXVIII. Vilnae solenni ritu inaugurabatur, quum Uladislao III. Polonorum rex in Lithuaniam iter instituerat (64). Haud parum singulare certe esse videtur ordinem equest. Jacobum de quo verba fecimus, vivente adhuc Friderico principe Curl. elegisse, eumque regi more soluto praesentasse. Adfuit itaque actus reiteratus non semel, sed saepe exercitii juris liberae electionis. Contra quem nullam contradictionem seu protestationem instituebant Poloni, nec salvis nostris legibus instituere potuerunt. Iterum et amplius pariter ex legibus ac exemplis indubitatis deduximus in his contemplandis, quae sint hominum opinioniones, a nostra admodum diversae; quae testimonia omni exceptione majora; quae exempla, nostram thesin rite sustinentia: haec omnia pro nobis militant.

(64) Quod accurate exponit Piascius in Chron. pag. 503.

§ XXII. Etsi potissimum inter dissentientes quidam inveniuntur, qui arbitrantur: constitutionem Grodno, anno MDLXXXVIII. promulgatam, novam in se continere dispositionem, quod ad formam successionis, si quandoque feudum fieret apertum; quam ponunt aperturam, extincta linea Kettleri masculina. Nihilominus tamen, quilibet rem accurate inspiciens, facile animadvertet, falsam eorum esse sententiam, quia in aprico quasi latet contrarium. Perarduum non est eam refutare, quippe quae jam ipso jure naturae et gent. refutatur; in quibus dicitur, neminem jus suum posse amittere, in statu libero viventem supponimus, nisi ipse in hoc, quod ei auferitur, seu quod statum mutat, consenserit. Magna profecto hic est praesumptio pro conservatione libertatis, ac totius status in quo est. Etsi etiam largiamur, hunc fuisse coactum vi quadam, cui resistere nequit, actus exercitii ^v suum interrumpere, tamen ei denegandum non est jus, quod per pactum sibi acquisivit. Quae consequentia inter
gentes

gentes, qualis est Curon. juste meritoque valet. Aequissima itaque est applicatio ad statum Curlandiae instituta. Scimus porro ex principiis juris naturae, in qua materia omnes doctores unius ejusdemque sunt sententiae, quod qui alterum impedit, quo minus jus ei competens, exercere possit, eum laedat. Ex quo argumento plures adhuc conclusiones fluunt, secundum regulas logices, quas autem mittamus, ne ambages fierent molestae. Nec nos in hanc constitutionem, invito ordine equest. Curlandiae factam, consensisse nemo facile erit, qui inficias ibit, multo magis his rite pertractatis explorabit, ne quidem consensum tacitum juste nobis obtrudere posse Polon.; qui alias ex silentio, ad multos actus in contrario exercitos intelligitur, ex quo postea quidam omnem concessionem juris derivare ac deducere volunt secundum jus civile: etiam si non semper valeat conclusio, ubi silentium adfuit, ibi consensus tacitus, et ubi tacitus consensus, ibi etiam concessio sui juris. Quod
vero

vero pro substrata materia intelligendum ac decidendum est, si accurate res sit pertractanda. Quoties enim rite demonstrari potest, gentem quae tum potestate caruit alteri resistere, seu ex metu, seu quoque ex aliis rationibus ei non contradixisse, sed data occasione omne jus sibi vindicare voluisse; toties non dici potest eam juri renuntiasse, sive illud amisisse. Multa vere exempla inter gentes extiterunt, quae ad hunc casum plane se referunt; quoniam autem hoc per se patet, sic quoque pluribus percurrere, necesse non esse judicamus. Sed tantum de Curlandia verba faciamus. Anteivisse nulla facta, quae quaedam suppeditassent data consensus, ratione Curoniae, satis abunde docet notitia rerum publicarum Curlandiae, ac rite exponit, statum Curlandiae, quantum potuit, semper masculae allaborasse, publice contra hanc constitutionem protestationes instituere, eamque annullare atque irritam reddere. Verum enimvero hac sola ex ratione tractatum fuit, ab ordine equest. omnibus

omnibus convocatis, in diaeta an. MDCXXXIII. Goldingae habitae; cujus conclusum haec in se continet, et quidem § IIII. ita sonans: du-
cem unacum ordine equest. adeo omnem
movere lapidem debere, ut haec constitutio
adversus formulam regiminis et omnia privi-
legia status Curlandiae promulgata, abole-
retur. Idem peractum fuisse omnino sci-
mus ex relationibus documentorum, quae
omnes deliberationes omniaque conclusa di-
aetae, anno MDCXXXVII. habitae, in se com-
prehendunt. Ex his cura et vigilantia Cu-
ronorum, ad cassandam institutionem Grod-
nensem adhibita, satis intelligi potest; num-
quam enim intermiserunt, quo minus data
occasione deputatos ad ducem miserint, in
quorum commissis haec erant: "Caute
"semper praevidere, ne status antiquus re-
"gionis permutaretur, qui jam jam ab om-
"nibus Poloniae regibus, post nimirum Si-
"gismund. Aug. sancte confirmatus est."
Huc quoque inter reliqua referri potest,
quod ex comitiis, anno MDCXXXV. institu-
tis

tis perspectum habemus. Quod sequitur : Curland. mittebat more consueto, ablegatum Warfoviā, qui maxime in commissis habebat, ita agere, ut constitutio dissentiente universo ordine equest. promulgata, in totum perimatur. Sed comitia illa non felicem habebant exitum, quoniam, nescio quo casu, ea solvebantur; quamobrem adeo caute sibi cavuit ablegatus, ab isto casu haud praemeditato, ut attestatum seu testimonium a Marechallo Hieronym. Radziowic in Radziowski de dato Warsaviae, die xxviii. Mart. anno MDCXXXV. sub sigillo et subscript. sibi dari curaverit. In quo expressis verbis fuit declaratum, "Curland. ablegatum potissimum in mandatis habuisse, contra constitutionem Grodnensem solenniter protestare." Quae omnia uberius ex conclusis seu quoque diariis diaetarum, anno MDCXXXVIII. et MDCLXXVI. habitatum concipi possunt. Indulgeamus quoque opinioni dissentientium qui judicant, Curon. numquam rite contradixisse huic constitutioni, quod

quod tamen, me iudice, satis demonstravi. Neutiquam praescriptionem, uti quidam censent, adesse pro rata affirmare possum; qui modus acquirendi secundum jus civile fit variis causis. Attamen non dubito, quin immo dissentientes non negaverint, ea non obligare jura gentes liberas, quae legibus mere civilibus producuntur; sic concludo, nullam gentem liberam aliquid de jure suo, potissimum praescriptione proprietate, amittere posse; quia inter gentes fieri nequit, numerum quemdam annorum universaliter constituere, quo praescriptio haberet locum, nisi pacta anteivissent, quae certam quandam seriem annorum supponunt. Hac itaque via juris, quae mere civilis est, nil amittere potuissent Curoni, ut libera gens, de jure, quod ei juste competit. Sufficiens jam certe erit probatio nostra, quam multis magnisque argumentis exposuerunt Grotius (65), Felden, et Cujacius, licet quoque alii inveniantur, qui his obstant. Sed plurimi dis-

(65) Lib. II. cap. ii. § 1. ad L. I. ff. de usufructu.

sentientes hac in re confuderunt in unum, usum et licentiam loquendi; nam id quod juris naturae est, non dici potest juris gentium, nisi ipsum jus gent. aliquid addat (66). Et dubito etiam, an rite demonstrari possit, quin quis sibi jus in re acquirat, vi praescriptionis secundum jus naturae. Si autem hoc fit, ex alio titulo deducendum est. Ita nimirum calculos meos subduco: jus in re nobis acquirimus, vel quum dominus prior ignoratur, et ita quidem ut ista ignorantia sit invincibilis, vel non, priori casu res habetur pro re nullius, posteriori autem consensus domini requiritur, qui pro substrata materia, in diversis membris dividitur. Ergo statim occupari potest, ut res nullius. Quae occupatio itaque non fit propter diuturnam possessionem. Ergo etiam nulla adest praescriptio. Sufficiant explicata, quae merito ad institutum nostrum possunt applicari.

(66) Reflectamur ad ea quae nobis explicavit Cel. Daries in institutionibus juris p. universal. § 493. sch. ii.

§ XXIII.

§ XXIII. Jam nunc satis concipimus, Curonos omnia adhibuisse media, ad cassandam constitutionem. Verum enimvero de eorum protestationibus, in comitiis publice factis, satis superque verba fecimus; quod rite intelligi potest, tam ex instructionibus publicis quam secretis, ablegati Christoph. de Medem, ab ordine equestri Poloniam missi (67). Sic jus a majoribus competens, ab omni laesione ac permutatione sibi vindicabant, ut illud more consueto exercuerint. Quod jam vidimus ex exemplo de Jacobo duce antea prolato; licet respublica alia intenderet, saluti vero Curland. ducatus minime proficua; licet ipse Jacobus, ut descendens Guilielmi propter feloniam patris commissam ad successionem in feudum immeritus declaretur; tamen remotis omnibus his obstaculis impetrabant Curoni, ut sententia liberaretur, ac more antiquo dux eligeretur. Quod autem quaestionem atti-

(67) Inspiciantur ipsae instructiones de dato Mittaviae, die sexto Martii, anno 1726.

net, an nimirum filius, ob feloniam a patre commissam, feudum amittat? nobis hic non est inquirere. Sed fontes solummodo indicam, ex quibus hauriri potest, quid justum sit, circa hunc casum. Secundum jus Longobard. filii omnino excluduntur a successione feudi, quia culpam patris quoque ferre debent. Cum vero satis scimus, in quantum istud jus Longobardorum admitti potest; sic quoque sit basis et norma jus Alleman. et Saxonicum, in omnibus terris Saxoniae, plenum valorem juris obtinens (68). Sufficiant quae jam de hac quaestione diximus, ad priora etenim recurram. Ex jam indagatis, aperte patere omnino credo, quod et reges et respublica Poloniae, penitus sublevaverint constitutionem illam, ac quasi voluntatem declaraverint, ut

(68) Cap. lxxxix. sect. vi. verba haec sunt: Hat aber der man einen Sun, dem soll er das Lihn leihen. Die Kint sollen des Vaters Schuld nicht entgelten, da er selber Schuld nicht an hatt, wen war wieder Gott und wieder das Recht.

Carpzou. def. iii. 6. Schultz. Syn. feud. cap. xi.

omnia manerent secundum pacta primaeva subjectionis, inter quae jus ducem eligendi, principem occupat locum, quod in eis, per vocem antiquum magistratum summum Teutonicum, expressum invenitur, uti in praecedentibus sectionibus plura docuimus. Quis est, qui non sciat, quod voluntas et intentio pariter verbis et factis, manifeste possit exprimi? Neminem profecto credo. Id quod nobis suppeditat ratio agendi reipubl. Polonorum, tempore potissimum electionis ducis Jacobi. Nullo itaque modo constitutio Grodnensis nobis obstat, quod et intelligitur ex ea lege, quae ab una solum parte, sine altera concurrente promulgatur, quae forma legem ferendi omnino in Curlandia, salvis nostris pactis, observari debuisset; et ex protestatione reiteratis vicibus, in comitiis facta; et ex ipsa concessione, jus hoc nobis competens, plane exercendi.

§ XXIII. Nec cum eis sentire certe fas erit, quibus forsitan magis altera, a nostra discedente

discedente opinione arrisit; sed dicam, et luculenter ostendam, hos sententiis esse praecipuos, atque in hoc versari errore, quod eo nimirum actu, quo ordo equest. Curlandiae, jus ducem eligendi, ratione Jacobi exercuit, non penitus abrogata sit constitutio Grodnensis; plurimum vero dispensatio ab ea satis intelligi possit. Quantum autem probabilitatis in hoc latere videtur, tantum quoque contrarii deduci rite potest, si rem non illotis manibus, atque omnibus vestigiis indagemus. Reflectamur itaque ad consuetudines inter gentes receptas, quarum semper mos est stabilitus, novam clausulam addere pacto seu constitutioni, si una pars ab eo, quod ei incumbit, dispensatur, ne in posterum rursus hunc actum, qui a vera norma constitutionis discedit, pro se allegare possit, atque in alterius praepudicium fiat. Perspiciamur quoque omnia scripta, tam in lucem emissa, quam etiam nondum impressa, quae hanc materiam tractant, numne forsan ea expressio, tamquam clausula ipso instrumento

mento adjecta occurreret, quae dispensationem unius solum actus a jure, quod sibi respublica arrogare studuit, tangeret. Nulibi profecto invenire potui locum, ex quo sententia contradicentium corroboraretur, sed plurimum contrarii intellexi (69).

§ XXV. Fuit quidem constitutum ac deliberatum a statibus Curlandiae, anno nimirum MDCXVIII. successionem ducis Curlandiae Jacobi, in novis comitiis pertractare, ut tandem lis, ratione electionis ducis, componeretur; sed nescio sane, quo casu factum, sit, ut nihil in eis hac de re perageretur. Nilominus tamen ablegatus noster Bertold. de Huhne, acuti ingenii vir, illic missus, responsionem ad ea, quae in mandatis habebat, Warsaviae, die xiii Martii signatam, accepit. In qua expressis verbis declaratum fuit, hanc retardationem propter res pertractandas

(69) Legi merentur decretum regis, ratione ducis Jacobi, d. an. MDCXXXIII. Concessio unanimiter facta itatum Polon. Warsaviae, die convocationis eod. anno, et Rescriptum regis Warsaviae, anno MDCXXXVIII. emissum.

tandas et privilegia antiqua magis confir-
 manda, minime eis posse nocere, sed pluri-
 mum corroborare, uti ipsa verba in declara-
 tione leguntur (70). Nec supervacaneum
 certe esse, arbitror, paucis solummodo men-
 tionem facere de comitiis, anno MDCLVIII.
 habitis, in quibus potissimum de electione,
 ac coronatione regis Poloniae actum fuit.
 Hinc Curoni, pro eo, quo occasio tulit, quae
 tum optima erat, mascule in id solum stu-
 duerunt, quod abolitionem et cassationem
 constitutionis Grodnensis attinebat. Prof-
 pere eis quoque hoc successit, et voto bene
 respondit. Quia jus, a majoribus quasi ina-
 tum, eis competere, satis superque demon-
 strabant. Quam ob causam Polonorum rex
 Joannes Casimirus, rescriptum omnia privi-
 legia ac libertates, formulam regiminis in
 universis articulis, confirmans, expediri jus-
 sit. Quod datum fuit Cracoviae, die mensis
 Febr. xvii, anno MDCLVIII. Majore pro-

(70) Es soll durch solchen Vorhub und Aufzug der
 Ritterschaft, Rechte Privileg. & & nichts benommen
 werden, sondern in seinen Esse und Vigore bleiben.

fecto

fecto cum certitudine affirmare possumus, Cu-
 ronius jus ducem eligendi omnino competere,
 si etiam forsan adesset apertura feudi, quoniam
 hic veritas sententiae nostrae ex indubitatis
 potest deduci. Quis est etenim inter adver-
 sarios, qui non bene sciat, in formula regi-
 minis pactisque subjectionis occurrere ex-
 pressionem, quod status ducalis Curlandiae
 et Semigalliae sit sempiternus, id est, semper
 quis provinciae praesse deberet, qui dux sa-
 lutatur? Quis est denique, qui negabit,
 Curonos jamjudum habuisse jus ducem sibi
 eligendi, quod non semel sed saepe saepius
 exercuerunt? Neminem sane credo, quia
 res in clarissima versatur luce. Libenter
 quidem ad antiquiora reverterer, et tempora
 ordinis magistrorum inspicerem, si non satis
 de eis locutus fuerim, atque ita rem, quantum
 potui, pertractaverim, ut luce quasi clarior
 appareat, quod jus liberae electionis, sta-
 tibus Curlandiae et Semigalliae plane com-
 petat.

L

§ XXVI.

§ XXVI. Dicendum quoque esse, brevibus tantum de nova constitut. anno MDCCXXVII. lata, omnino duximus, quodque etiam instituti ratio postulat. Scopus maximus erat Polonorum, Curlandiam et Semigalliam reipublicae incorporandi. Hanc ob causam commissionem ex proceribus Polon. electam, mittebant in Curlandiam quae id, quod jam agi coeptum fuit, exequi deberet. Sed omnia frustra erant instituta, ut et rerum exitus docuit. Nam eandem habere vim legis, hanc constitutionem, quam quae huic antecessit, scilicet, Grodnensis, abunde patet ex principiis juris naturae et gentium, et quidem ex capite pactorum; sic merito omnia argumenta, supra in medium prolata, quae pro viribus exposuimus, hic iterum pro nobis allegari possunt; quoniam satis perspectum habemus, rempublicam nec voluisse nec potuisse, salvis nimirum legibus, constitutionem Grodnens. nova rursus, an. MDCCXXVII. promulgata, renovare, quod ne probabile quidem esse videtur. Etenim ad unguem
usque

usque probavi, et contradictione, et protestatione tam frequenter in comitiis a statibus Curlandiae institutis, et actibus quidem regis ac reipublicae Polon. qui profecto sublevationem legis indixerunt, constitutionem illam omnem legis valorem amisisse. In causa itaque est, cur ita argumentor, omnia quae a commissione in Curland. missa, peracta fuerunt, ratione constitutionis seu mutationis formae regiminis, seu aliarum rerum, si nimirum adversus leges nostras fundamentales sunt, tamquam invalida atque injusta, dici prorsus mereri; quippe publice pronuntiavit, illud statim armata manu exequi velle, quod constitutio in se contineret, si quis forsitan mandatis eorum obtemperare, recusaret. At neminem sane tam hospitem in jure naturae esse credo, qui non mox intelligat, quid justum sit circa hanc rem, quique non primo intuitu existimet, hanc agendi rationem ac modum procedendi ne aequum quidem posse appellare. Magni etenim operis est, potentiori resistere, qui viribus prorsus alte-
L 2 rum

rum superat; licet ei sit juris praesumptio, seu quoque consuetudo, et ipsum jus pro eo introductum. Alter armatus est vi hominum, alter vero jurium. Manifestum itaque est ex dictis, quid jura hac in re volunt. Ecquis nunc commissioni jus quoddam, formulae autem regiminis maxime contrarium, tribuere conetur, etiamsi reversales existant, ratione concessionis quorundam privilegiorum, ab ordine equest. ei datae, quas melius ab eo expressas appellare possumus, quod ne Poloni quidem in dubium vocant? neminem inter eos suspicamus, qui optime hac in materia sunt versati. His rationibus, ab omni objectione alienis, certe suffultus, nulla tela, quae quis nobis forsitan possit injicere, respectu reversalium timeo; sed ea plurimum contundere posse, omnino videor. Has etenim nec omnes delegati ordinis equestr. Mittaviam missi, nec sponte nec libere dederunt, sed quidam tantum ab hac coacti. Apparere jam satis abunde credo, quis veritati quis juri proximior sit. Quod facile

facile discernere potest, qui a scientia juris naturalis, non plane est destitutus. Sic necesse non esse, fusius loqui de eo, quod justum sit, circa actionem, a singulo membro societatis perpetrata, omnino arbitror; et an illa reliquos etiam possit obligare; et an ea actio, ad quam consensus maxime omnium, qui societatem constituunt, omnem habeat vim juris, si quidam solum consenserint; et an denique hi singuli, qui reversales, sed ex manibus quasi extortas, subscripserunt, possint obligari, vel perfecte, vel imperfecte ad eam nimirum rem, in quam non libere nec sponte consensum dederunt. Ad ultimam questionem, sic ut ad ceteras facili labore, et quidem cum omni convictione respondere possumus, quia satis constat, membra singula corporis, seu societatis nil posse concludere, nisi omnes concurrant; quod postmodum promovet obligationem efficacem in omnes. Sic concludo, delegatorum pars, ut totus ordo equest. considerari nequit, nec universum corpus constituit. Reliqua dubia huic prae-

praemissa, eadem facilitate ac fortitudine resolverem, nisi veritas in aprico lateret, et prima quasi essent principia scientiae juris naturae et gentium. Quid plura? ex constitutione ipsa pacificationis comitorum Waraviae, anno MDCCXXXVI. habitorum, sectione 270, aperte patet, quod feudum ducatus Curlandiae, extincta etiam prole mascul. Kettleri stirpis, alteri tamen more consueto committeretur.

§ XXVII. Novum rursus argumentum, contra nos directum explicabo, et ita quidem, ut quilibet luculenter perspicere queat, quid justum sit circa hanc rem. Curonos renuntiasse statui mediato, et immediato republicae subiecisse, per formam regiminis quam novam appellant, ut et per juramentum fidelitatis, est, quod adversarii sentiunt. Nequaquam tamen majorem promovere posse vim, nec novam producere obligationem juramentum, quam in pactis primaevis contentum atque stabilitum fuit; sed id
solum

solum, de quo agitur confirmare, satis cognitum est ex jure naturae, si nimirum, salvis legibus factum sit, nam justum omnino esse semper praesumitur, quod juramento fuit promissum, alias nullum valorem habent; uti requisita, quae ad tale juramentum, validum nempe, requiruntur, hic certe defuerunt (71). Nescio sane, num quis ita possit judicare, ut persuasum fere se habeat, istud juramentum posse mutare statum Curland. mediatum, non ego quidem unicum esse intelligo, qui hac in re dissentit, sed et omnia jura, tam publica, quam privata, per optimos scriptores in hac materia determinata, contra eam opinionem pugnant. Mississe ablegatum in Polon. ordinem equestrem, ne ullus quidem inficias ire potest. Erat unisex inclito ordine equest. capitaneus Finck de Fincken-

(71) Numquam Curland. renuntiasse juribus scilicet, duces habendi eligendique, notum atque apertum esse, certe credo. Non aeterna igitur, sed ad tempus nimirum vacantiae sedis ducalis, existimatur consolidatio domini directi cum utili de quo agitur in juramento. Quod etiam cum natura omnium feudorum regalium, quorum est Curl., optime convenit.

stein, acutissimi ingenii vir, qui munus ablegati suscipiebat, anno MDCCXXX. die 28, mensis Augusti. In commissis eum praecipue habuisse, certo certius scimus, quoniam scripta hoc docent, publice in pleno confessu senatorum, et procerum regni Poloniae declarandi, Curonos numquam in reversas, ab eis quasi extortas, consentiisse, nec in novam formam regiminis, neque in permutationem status; quia omnia haec, leges et privilegia antiqua, a regibus sancte confirmata, violassent. Conferatur itaque instructionis sectione III. (72) ablegato nostro commissae. Et ex ipso effato eorum, qui numerum commissionis explebant, abunde constat, quod ad actum validum, qui tangeret mutationem formae regiminis Curland., consensus profecto totius ordinis equestris requiratur. Sufficiant explicata, ac non opus est majore probatione, quia nil verius, nil manifestius, quam quod diximus.

(72) Die deputirte wären gezwungen worden von der Königl. Commission ohne Wissen der ganzen Ritterchaft eine mutationem status vorzunehmen.

§ XXVIII.

§ XXVIII. Superesse adhuc certe videtur, pauca addere jam evolutis, de scripto, anno MDCCXXVII. Warsaviae, nomine reipublicae promulgato, quo Curonis jus diaetas habendi, interdicere volebant Poloni. Sed quum id maxime contra formulam regiminis est, quae nobis hoc privilegium antiquum concessit; sic quoque huic rescripto nullam vim legis tribuere possum; vi enim § xxx. formul. regiminis, nobis jus competit diaetas habendi, ea quidem conditione, ut si duci quoque non juvaret conventum agere, tamen illud institueretur, si nimirum ratio status ordinis equestris id postularet. In abstracto argumentabor, et postea ad statum quemdam, reducam conclusiones. Ultra pacta nemo potest obligari, ponatur hic libera gens; inde sequitur, quod altera, salvis nimirum legibus, seu pactis initis, nihil postulare tamquam praestandum potest; ergo etiam ad id cogi nequit, nec perfecte nec imperfecte, si sit contra pacta; ex quo porro concludo, eam scilicet gentem, quae contra haec agit, M alteram

alteram in ^{re} suam turbare. Ita in concreto loquor de Curlandia; obligatam etenim non fuisse id exequi, quod rescriptum supra dictum voluit, quilibet facile intelligat, his bene examinatis. Fusius perspicui potest ex capite obligationis, in quantum quis tenetur, alteri aliquid praestare, et reciprocum promissum postulare; si enim una pars id non explet, altera quoque non amplius ad praestationem promissionis potest cogi. Pactum igitur solvitur, quoniam obligationes erga se invicem finiuntur. In qua opinione omnes iudices juris naturae versantur. Cum autem dissentientes, contra haec principia vere indubitata, nil movere possunt, sic se accingunt ad nova dubia. Quae sunt: dari sensum obscurum in pactis, et potissimum in eo articulo, qui rem tangit principalem, et eam de qua hic est questio; ergo nulla valere argumenta, pro nobis allegata. Tamen ad ea respondere valeamus ita quidem, ut plane ante oculos ponerim, quanta probabilitas sit pro nostra sententia, quantaque argumenta,

in

in enarratis scriptorum fide dignissimorum fundata; licet casus hic quasi in effectu existens concedatur (73). Verum enim verum satis abunde notum est, ex jure naturae et gentium, quod ad eam rem, quae pacta duorum populorum, quorum sensus est obscurus, tangit, semper requiratur interpretatio authentica, quae sit diversimode, uti tam ex jure civili, quam naturae et gentium, notum omnino est (74). Sic ad rite explicandas, interpretandasque leges pactorum, ambae profecto requiruntur partes, quorum interest. Quem modum interpretandi, vere authenticum appellare possumus. Alias unusquisque semper pro eo, quo rerum circumstantiae, et propria utilitas ferrent, posset interpretari; quae agendi ratio certe rejicienda esset, atque injusta nuncupanda. Sane itaque necesse omnino est, ut omnes articuli pactorum du-

(73) Provocho hic, ad verba responsionis ipsius regis ad postulata ducis de dato Vilnae, die 3, mensis Maii, anno 1636.

(74) Legi hic merentur Grotius de Jure B. ac P. lib. ii. cap. xvi. et Joann. a Felden, de Interpretatione.

catus Curlandiae et Semigalliae, si ullus datur ita, ut diximus, interpretentur. Paucis denique finem imponam huic dubio, et ita quidem, ut supervacaneum foret uberius verba facere. Etenim, me arbitrante, nullus locus pactorum Curon. quae cum rege Poloniae iniverunt, obscurus invenitur, sed plurimum omne, fugitivo quasi oculo possunt intelligi, quod et quilibet animadvertet, eis bene perlectis. Jam ab explicatis concipimus, modum subjectionis et conditiones, et ordini, qui earum primas duxerunt lineas, et magistro facultatem omnino tribuimus, ea perspicendi, quae aliquando in praesudicium Curonorum esse possent, si sensum reddidissent obscurum. Quae pacta, ut exposui, juramento publice confirmavit rex Polonorum, Sigismundus Augustus, cujus successores in regnum, nemine excepto, sancte more consueto promiserunt, omnia jura tot privata, quot publica, per pacta primaeva Curonorum competentia (75), nullo modo

(75) Vid. pacta primaeva subjectionis.

diminuere

diminuere; sed ea, magis magisque augere ac meliorare (76). Ad constitutionem revertamur, quae nobis jus ducem, antiquo more eligendi, interdicere volebat, ut ad eam, quae diaetas habendi prohibebat. Exemplum proferam unicum solummodo, quod contra has binas pugnat, ac jura haec nobis competere, satis confirmat. Coetus hic erat Mittaviae convocatus, totius ordinis equest. qui vulgo appellatur, Conferentia fratrum (77), in quo inter alia pariter de constitutione, anno MDCLXXXVIII, facta (78), ac de decisione commissoriali agebatur, quae ambae, tamquam invalidae atque injustae declarabantur.

§ XXVIII. His ex ipsis fontibus deductis, plura depromere non necesse esse videtur, quoniam, me iudice, ea sufficient, quae in medium protuli, ad thesin meam rite confirmandam, dubiaque adversariorum removen-

(76) Conf. § vi. pactorum.

(77) Vid. diarium ipsius conventus.

(78) Evolvatur diarium de anno 1727.

da.

da. Pauca tamen dicere adhuc lubet ; sed nil nisi de temporibus, a nostra aetate haud remotis, brevibus loquar (79). Exempla, quae exercitium juris nostri rite probant, eaeque novissima recensere, mens mihi est. Primum eorum est, quod allegare possumus de principe Brunsvicensi, qui unanimiter a toto equest. ordine, more recepto eligebatur dux Curlandiae et Semigalliae (80). Plures etenim in hac sententia versabantur, et argumenta ex eo fundamento sumebant (81), quum successio nobilium Curonorum in bona feudalia, ad utriusque sexus descendentes se extendat ; sic quoque fas omnino est, ut stirpi ducali femin. istud praerogativum, eaeque summae in Curland. concedatur, ex qua

(79) In scriptis relatum reperitur, Augustum II. regem Polon. sedule studuisse, quum stirps Kettleri sexus mascul. ad extinctionem jam inclinaret, ut Joannes Adolph. princeps Saxo-Weissenfels dux eligeretur Curlandiae.

(80) Vid. Welt und Staats Theatr. Er. 9. pag. 933. Probat hoc quoque ipsa conclusa diaetae, ejusdem anni literis designata.

(81) Conf. Rouffet Mercure historique et politique Pan 1734 du mois de Mai.

adhuc

adhuc multi superessent familiae, nimirum Kettleri. Non male judicabant, quia ex principiis indubitatis concludebant ; de quibus vero fusius loqui, hic non erit instituti. Revertar itaque ad antecedens. Nil amplius huic actui, quo dux fieret princeps Brunsv. defuit, quam confirmatio regis Polon., quae tum in votiserat ; sed nescio quo casu factum, atque omnium expectationi quasi immaturum, ut non ad hanc dignitatem admitteretur. Alterum est, quod nemini rerum publicarum bene gnaro, certe deerit ; quod nimirum princeps Saxoniae Mauritius, beatissimae memoriae, libero suffragio totius ordinis equestris Curlandiae et Semigall., vivo etiam duce Ferdinando, eligeretur, ultimo ex stirpe mascul. Kettleri, qui tum Gedani erat. Diploma electionis, more consueto ei conferebatur. At rationibus altioris indaginis persuasus, ducatus Curlandiae et Semigalliae relinquere, licet invito, erat coactus. Quae praecipue fuerunt in causa, cur non provinciae praefuit, recensere mens mihi non

6

est,

est, quum jam a nostro tramite decedant, et res majoris momenti in se comprehendant, quam quis forsan existimaret. Quae cum ita sint, titulum ducis Curlandiae semper sibi tribuit, atque eo etiam salutabatur, licet jam in Gallia, ad summos honoris gradus pervenerit; supremus erat praefectus exercituum regis christianissimi, qui Gallice vocatur Marechal de France, quae dignitas rarissime contigit, cultui evangelico adictis, post nimirum edictum Naneti promulgatum. Tertium denique est, quod hic silentio non praetermittendum esse, omnino duximus, quoniam actus exercitii nostri juris, libera electione augebatur, extincta nimirum linea mascul. Kettl. Joan. Ernesti de Biron (82), comitis S. R. I. ab imperatore Carolo VI. creati. A rege Poloniae Waraviae, anno, MDCCXXXVIII. per ablegatum illic missum, generos. de Finck solenniter inauguraba-

(82) Plura intelligi possunt de duce Biron, ex ipsius vita, quae Lipf. 1742 in forma 8va prodiit.

tur.

tur (83). Contigit quoque nostro duci, sed magis in detrimentum, quam emolumentum, haud ita multo post, ante nimirum finem anni MDCCXXX. ad altiores, eosdem maximos dignitatis gradus, regni Russici pervenire. Mortua etenim imperatrice augusta Anna, praeditus erat summa potestate totius imperii. Sed exiguum temporis intervallum erat, quohac felicitate gaudebat, quia proceres imperii, rationibus quibusdam ducti, principem Petrum, descendantem Magni ejusdem nominis, magis fovebant, et Bironium de dignitate removebant, seu ut barbare loquar, detronizabant. Primo damnabatur in locum desertum Schluffelburgum, in Siberia situm, ut et tota familia; deinde vero Jarisloviam. Quae vero, his peractis, evenerunt in regno Russorum, nobis non est enarrare, quia magis intimam notitiam historiae, istius imperii

(83) Quid itaque tum juris fuit, id quoque adhuc est; quia nulla mutatio juris electionis, ducis Curlandiae invenitur, qua respublica Poloniae majora jura sibi ascribere potuisset.

N

tangunt,

tangunt, quam materiam instituti. Ita, ut diximus, orbata erat duce Curlandia. Quid nunc rebus sic stantibus agendum erat? conventus Mittaviae more consueto habebatur, quem supremi iudices ducatus Curlandiae, lingua nostra vernacula, Oberäthe, dicti, auxilio et suasu, quinque districtuum Curlandiae, i. e. Kirchspiele, incipiebant. Interesse omnino iudicabant, ablegatum Poloniam mittere, qui nomine ducatus regi supplicare deberet, ut si fieri possit, eis dux Bironius restitueretur. Non unus, sed omnes districtus, quinque solum exceptis, quorum numerus decem et novemerat, contra hanc propositionem, quae et Bironium, et ejus descendentes tangebatur, pro virili parte opponebant. Quem in finem generosus de Mirbach, qui tum director regionis salutabatur, ratione negotiorum publicorum ordinis equestris, iussu, et nomine generosorum, publice, eleganter, ac concinne differebat, et contra omnia haec seu peracta, seu quae quoque in consiliis essent

essent, quaeque ullo modo ad hanc rem referri possent, protestabatur. Multa variaque adversus hanc orationem, unus ex supremis iudicibus Curlandiae, generosus de Sacken, in pleno confesso statuum proferebat, ac sedem ducalem, principe nunc destitutam, vacantem declarabat. Eam potissimum ob causam, quia illa pars, pro qua Sacken dicebat, animos reliquorum non flectere potuit, et supremi iudices praetexebant, ut ita loquar, permagnum eis inhaerere pondus, si nomine ducis, reipublicae praeesse vellent. Quod vero ab omnibus, rem bene inspicientibus reprehensum, non approbatum fuit. Docuit id quoque rerum exitus, Nihilominus tamen, omni quiete ac securitate gaudemus, dum rex poloniae Augustus III. pro sua, quae est clementia, omnia jura, ac privilegia Curlandiae confirmavit, et luculenta edidit specimina, quantum ei salus Curonorum curae cordique sit. Haec erant, quae exempla respiciunt, jus liberae electionis

comprobantia, post nimirum extinctam stirpem mascul. Kettleri, quae mortuo Ferdinando duce, anno MDCCXXXVII. die quarto mensis Maii finivit, quaeque per bina secula duravit, atque floruit.

§XXX. Ex his haecenus evolutis, satis abunde apparebit, quantis documentis, quantisque privilegiis, ac ipsis actibus, jus, nobis ducem eligendi nititur. Salva semper manerunt jura Curonorum, vigilantia ac cura ordinis equestris. Et quid mirum, principes vicini Curland. se masculine studuerunt, jura istius regionis tueri, et, si rerum circumstantiae tulissent, nobis certe adminiculo fuissent (84). Quod ex eo luculenter perspicitur potest, quod Russorum imperatrix Anna, pro ea clementia, qua sulciebat, regimen totius imperii, insumfit, ratione status Curlandiae, quem semper immutatum permanere, uti antiquis temporibus fuit respectu privilegiorum, benigne voluit. Jus quasi ei incumbere credidit, Cur-

(84) Conf. Synops. actor. Curl. pag. 5. seq.

landiam

landiam, si temporis difficultas id postularet, protegere ac defendere. Eadem amicitiae vicinitatis documenta, exhibuit augusta domus Brandenburgica, eo nimirum tempore, quo pax illa concludebatur in monasterio Oliva nominato (85). Permagna eaque graviora, forsitan adhuc superessent argumenta, si plura ex actis Curlandiae, numquam impressis, in medium proferre vellem, quae rem, quam rite pertractavimus, me judicante, satis probatam, pluribus exemplis illustrarent, sed superfluum certe esset, meta excurrere. Superesse quaedam de restitutione ducis in dignitatem, seu nova electione differere, omnino profiteor; his autem temporibus hac in materia nil decidendum erit, nil nisi in systemate patriae, mihi semper dulcissimae, sit aliqua mutatio correctioque. Silentio itaque feram, quae mihi forsitan dicendae adhuc essent, donec patriae amor, qui mihi

(85) Vid. Pacis Olivienf. instrumentum V. § 1. apud Puffendorf de rebus a Carol. Gust. Suec. rege gestis, pag. 43.

6

semper

semper incumbit, fufius, liberius, atque uti-
lius, tunc differere jubet.

§XXXI. Non certe lectorem fatigare per-
fuaſum habemus, ſi tabulam proximorum
parent. lineae Kettleri diſquiſitioni noſtrae,
haud ſupervacaneam, adjungamus. Appa-
rebit facile, quis inter allegatos proximior ſit,
juri electionis ducatus Curl., quae forſan re-
ſtituta pace in Germania, terrisſque adjacen-
tibus, felicibus auſpiciis poſſit agitari.

TABULA

Louifa Eliſab. nat. 1646.
ob. 1690. Marit. Frid.
Landgr. Haſſ. Homb.
ob. 1708.

Frid. Carol. Landgr. Haſſ.
Homb. nat. 1724.

Frid. Lodeu. Guil. princ.
Haſſ. Homb. nat. 1748.

Frid. Caſim. dux Curl. ob.
1698.

Mar. Dor. ob. 1743.
Marit. Albr. Frid.
Marchio. Brand.
Sonneb. ob. 1731.

Frid. Carol. Albr. Marchio
Brand. Sonneb. nat. 1795.

JACOBUS DUX CURLANDIAE. Obiit 1682.

Maria Amal. nat. 1653.
ob. 1711. Marit. Carol.
Landgr. Haſſ. Cattor.
ob. 1730.

Eleon. Charlot. Ma-
rit. Ern. Frid. duc.
Brunſ. Bevr. ob.
1746.

Quatuor principes et dices
Brunſ. Bevr.

Ferdin. ultimus dux Curl.
ex hoc ſtem. ob. 1737.

Frid. rex Suecorum
ejuſque tres fra-
tres Landgr. Haſſ.
Cattor.

Frid. princeps hereditarius
Haſſ. Cattor. nat. 1720.

Duo principes, nati 1743;
et 1744.

Dom. Haſſ. Homburg. juſ primogenit. pro ſe habet; et domus Brandenburg. Sonnebur-
genſis, quia descendit ab ultimo nepote ex fratre duci; domus denique Haſſ. Cattorum, quia
gradui ultimo ducis proximior eſt. Sententia noſtra, hac in re lectorem ſuperſedemus:
ſufficiunt deciſiones, ex jure ipſo ſuccedendi hauriendae.

TABULA GENEALOGICA LINEAE KETTLERI.